Deus q̄ charitatis dona p gr̄am sc̄ti spūs tuorꝫ cordibus fideliuz infundis: da famulis et famulab⁹ tuis fratribus et sororib⁹ nr̄is p quibus tuā depcamur clemētiā/ salutē mentis et corporis: vt te tota virtute diligant: ꝛ q̄ tibi placita sunt tota dilectiōe pficiant.

Deus a quo sancta Oro desideria recta consilia ꝛ iusta sunt opera: da seruis tuis illam quam mundus dare nō potest pacez: vt et corda nostra mandatis tuis dedita: ꝛ hostium sublata formidine: tēpora sint tua ptectione tranquilla.

Ineffabilē mise Oro. ricordiaz tuā nobis quesumus dñe clemēter ostēde: vt simul nos ꝛ a pctis oībus exuas: et a penis quas pro his meremur benignus eripias. Or.

Fidelium deus omnium conditor ꝛ redēptor animabus omniū fidelium defunctorum: remissionem cunctoruz tribue peccatorum: vt indulgentiam quam semper optauerunt/ piis supplicationibus cōsequantur. Oratio.

Pietate tua quesumus domine nostrorū solue vincula omnium delictorum: ꝛ intercedente beata ꝛ gl'iosa semperqꝫ virgine dei genitrice maria cum omnibus sanctis: nos famulos tuos: ꝛ omnem populum catholicuz in omni sanctitate custodi: omnesqꝫ consanguinitate ac familiaritate vel confessione nobis iunctos/ seu oēs christianos a viciis purga: virtutibus illustra: pacem ꝛ salutem nobis tribue: hostes visibiles ꝛ inuisibiles remoue: pestem repelle: inimicis nostris charitatez largire: et omnibus fidelibus viuis ac defunctis in terra viuentium: vitam et requiē eternā cōcede. Per eūdem christuz dn̄m nostrum. Amen.

Feria tertia in quadragesima ora [illegible]

Sancte thoma: ora pro nobis
Sancte sixte or
Sancte corneli: ora pro nobis
Sancte cypriane or
Sancte iohannes: ora ꝓ nobis
Sancte paule or
Sancte marcelline: ora ꝓ no.
Sancte petre or
Sancte vite: ora pro nobis.
Sancte modeste or
Sancte adriane: ora ꝓ nobis.
Scte nigasi cū sociis tuis or
Scte eustachi cū so. tuis or
Omnes sancti martyres. orate.
Sancte gregori or
Sancte augustine: ora ꝓ nobis
Sancte ambrosi or
Sancte remigi: ora ꝓ nobis.
Sancte donatione or
Sancte eligi: ora pro nobis.
Sancte audomare or
Sancte sulpici: ora pro nobis
Sancte paterne or
Sancte patrici: ora pro nobis
Sancte dūstane or
Sancte grimbalde or
Omnes sancti confessores orate.
Omnes sancti monachi et heremite Orate pro nobis
Sancta felicitas or
Sancta perpetua: ora ꝓ nobis
Sancta columba or
Sancta christina: ora ꝓ nobis
Sancta eulalia or
Sancta eufemia or
Sancta eugenia: ora ꝓ nobis.
Sācta gertrudis: ora ꝓ nobis
Sancta ragenfledis or
Sancta batildis: ora ꝓ nobis
Sancta anastasia or
Sancta etheldreda or
Omnes sancte virgines. orate.
Omēs sancti: orate pro nobis.
Propicius esto: parce no. &c.

Feria .iiii. in quadragesima.

Sancte laurenti: ora ꝓ nobis.
Sancte tyburci or
Sancte valeriane: or
Sancte prothe or
Sante hyacincte or
Sante abdon or
Sancte sennes or
Sancte timothee or
Sancte appollinaris or
Sancte saturnine or
Sācte maurici cū so. tuis. or
Sancte gereon cū so. tuis. or
Omnes sancti martyres. orate.
Sancte hylari or
Sancte martine or
Sanct brici or
Sancte amande or
Sancte vedaste or
Sancte germane or
Sancte ausberte or
Sancte vvlfrāne or
Sancte arnulphe or
Sancte siluine or
Sancte taurine or
Sancte cuthberte or
Omēs sancti confessores. orate.
Omnes sancti monachi et heremite. Orate pro nobis.
Sancta agatha or

Sancta susanna: ora pro nobis
Sancta brigida: ora pro nobis.
Sancta barbara: ora pro nobis
Sancta marina: ora pro nobis.
Sancta martina: ora pro nobis
Sancta felicula: ora pro nobis.
Sancta iulita: ora pro nobis.
Sancta sapientia: ora pro nobis.
Sancta fides: ora pro nobis.
Sancta spes: ora pro nobis
Sancta charitas: ora pro nobis
Omnes sancte virgines orate.
Omnes sancti: orate pro nobis.
Propicius esto: parce no. &c. vts

Feria quinta in .xl.

Sancte vincenti: ora pro nobis.
Sancte geruasi: ora pro nobis.
Sancte prothasi: ora pro nobis
Sancte timothee or.
Sancte simphoriane or.
Sancte felicissime or.
Sancte agapite: ora pro nobis.
Sancte albane: ora pro nobis.
Sancte gorgoni: ora pro nobis.
Sancte achille: ora pro nobis.
Sancte ypolite cum so. tuis or.
Sancte luciane cum so. tuis or.
Omnes sancti martyres orate.
Sancte nicolae: ora pro nobis
Sancte audoene or.
Sancte romane: ora pro nobis
Sancte laude: ora pro nobis.
Sancte machute or.
Sancte sampson. ora pro nobis
Sancte placide: ora pro nobis.
Sancte columbane or.
Sancte anthoni: ora pro nobis.
Sancte machari or.
Sancte richarde: ora pro nobis
Sancte ethelvolde: ora pro nobis.
Omnes sancti confessores orate.
Omnes sancti monachi et heremite. Orate pro nobis.
Sancta cecilia: ora pro nobis.
Sancta fides: ora pro nobis.
Sancta austreberta: ora pro n.
Sancta emerentiana: ora pro nobis
Sancta potentiana: ora pro no.
Sancta oportuna: ora pro nobis
Sancta sophia: ora pro nobis
Sancta iuliana: ora pro nobis.
Sancta beatrix: ora pro nobis.
Sancta crescentia: ora pro nobis
Sancta vvalburgis: ora pro n.
Sancta ermenildis. ora pro no.
Omnes sancte virgines orate.
Omnes sancti: orate pro nobis.
Propicius esto: parce nobis. &c.

Feria sexta in quadragesima.

Sancte quintine ora pro nobis
Sancte christofore: ora pro no.
Sancte lamberte: ora pro nobis.
Sancte georgi: ora pro nobis.
Sancte marcelle: ora pro nobis
Sancte theodore: ora pro nobis
Sancte valentine: ora pro nobis
Sancte grisogone: ora pro nobis
Sancte felix: ora pro nobis.
Sancte audacte: ora pro nobis.
Sancte bonifaci cum so. tuis: or.
Sancte kyliane cum so. tuis or.
Omnes sancti martyres orate.
Sancte benedicte: ora pro nobis.
Sancte maure: ora pro nobis
Sancte mayole: ora pro nobis
Sancte egidi: ora pro nobis.

Sancte wandregisille or.
Sancte volmare ora.
Sancte philiberte ora.
Sancte bertine ora pro nobis.
Sancte winnoce: ora pro nobis.
Sancte iudoce: ora pro nobis.
Sancte petroce: ora pro nobis
Sancte botulphe: ora pro nobis.
Omnes sancti confessores. orate.
Omnes sancti monachi et heremite. Orate pro nobis.
Sancta lucia ora pro nobis.
Sancta katherina: ora pro no.
Sancta sabina: ora pro nobis
Sancta iustina: ora pro nobis.
Sancta eufraxia: ora pro nobis.
Sancta fausta: ora pro nobis
Sancta monegundis or.
Sancta aldegundis or.
Sancta radegundis or.
Sancta pientia: ora pro nobis.
Sancta benigna: ora pro nobis
Sancta vualburgis or.
Omnes sancte virgines. or. &c.
Omnes sancti. Orate pro nobis.
Propicius esto: parce nobis. &c.

Sabbato in quadragesima.

Sancte calixte: ora pro nobis
Sancte urbane: ora pro nobis.
Sancte magne: ora pro nobis.
Sancte menna: ora pro nobis.
Sancte ruphe: ora pro nobis.
Sancte valeri: ora pro nobis.
Sancte processe: ora pro nobis.
Sancte martiniane or.
Sancte marce: ora pro nobis.
Sancte marcelliane or.
Sancte gordiane cum sociis tuis. Ora pro nobis
Sancte pancraci cum sociis tuis. Ora pro nobis.
Omnes sancti martyres orate.
Sancte aldelme: ora pro nobis.
Sancte aniane: ora pro nobis
Sancte evurci: ora pro nobis.
Sancte basili: ora pro nobis.
Sancte maurili: ora pro nobis
Sancte germane: ora pro nobis.
Sancte ausberte: ora pro nobis
Sancte mammerte ora.
Sancte willibrorde ora.
Sancte leonarde: ora pro nobis.
Sancte athanasi: ora pro nobis.
Sancte oswalde: ora pro nobis.
Omnes sancti confessores orate.
Omnes sancti monachi et heremite. Orate pro nobis.
Sancta agnes: ora pro nobis
Sancta benedicta ora.
Sancta martha: ora pro nobis.
Sancta helena: ora pro nobis.
Sancta eupreпia: ora pro nobis.
Sancta candida: ora pro nobis
Sancta basilissa: ora pro nobis.
Sancta balbina: ora pro nobis.
Sancta ursula: ora pro nobis
Sancta victoria: ora pro nobis.
Sancta corona: ora pro nobis.
Sancta sexburgis: ora pro nobis
Omnes sancte virgines: orate pro nobis.
Omnes sancti: orate pro nobis.
Propicius esto: parce no. &c.

Finit psalterium secundum usum Sar.

¶ In vigiliis mortuorum ad vesperas. Placebo dño i regione vivorum. ps. Dilexi. ultim9 v. hui9 ps. scz Placebo. nō psallat: sz in eius loco añ. cātet sm vsū sar. añ. Heu me qz icolat9 me9 plōgat9 ē. ps. Ad dñz cū tri. añ. Dñs custodit te ab oi malo: custodiat animam tuā dñs. ps. Levavi. añ. Si iniqtates observaverit dñe: dñe qs sustinebit. ps. De pfūdis. añ. Opa manuū tuarum: dñe ne despicias. ps. Cōfitebor. v. Aporta iferi. R. Erue. añ. Audivi vocē de celo dicētē: beati mortui qui i dño moriūt. ps. Mgt. Kyriel. Xpe el. Kyriel. Pat nr. et Ave maria. Deinde sine pnūciatione Et ne nos. dicat ps. Lauda aia mea. Finito ps. dicat executor offi. v. Requiez etnā. R. Et lux. A porta iferi. Credo vidē. In tra vi. Dñs vo. Et cuz spi. Pro corpe pñti cuiuscūq fuerit dr ista or. tam an Placebo. q̄ an Dirige

Deus cui p= ¶ or maior. pziū ē miseri sp et pcere te supplices depcamur p aia famuli tui: vel famule tue quam hodie de hoc sclo migrare iussisti: ut nō tradas eā i manus inimici: nec obliviscaris i finē: sz iubeas illā ab āgelis sctis suscipi: atqz ad regionē vivorū pduci: et qz i te spavit & credidit/ sctorū tuorum mereat societate letari. p dn. ¶ In die tricenali p quocū qz fuerit d: ista or. an Placebo sar.

Deus cui pprium ē misereri sp & pcere: ppiciare aie famuli tui vel famule tue & oia ei9 pctā dimitte: ut mortis vinculis absolut9/ vel absoluta transire mereat ad vitā. In anniversa. de quocūq fuerit dr ista or. ad

Deus idul= Placebo. gētiarum dñe: da aie famuli tui/ vel famule tue: cui9 anniversariū depositiōis dic; recolimus refrigerii sedē: quietis beatitudinē luis claritatē. ¶ Pro epis defūct dr ista oro ad Placebo.

Deus q iter apsticos or. sacerdotes famlos tuos pōtificali fecisti dignitate censeri. psta qs: ut qui vicē ad horā gerebāt i terris: eorum pptuo consortio letēt in celis. ¶ Pro fratrib9 & sororib9 dr ista or. Placebo.

Deus venie lar bo. or. gitor & hūane salutis amator/ qs clemētiā tuā: ut nre cōgregationū fres/et sorores qui ex hoc sclo trāsierūt: intercedente btā maria sēp vgine: & btō michaele archāgelo cū oib9 sctis: ad ppetue btitudis cōsortiū pervenire cōcedas. Pro gnal. ad Placebo.

Fideliū de9 oiz cō ditor & redēptor: aiabus oiz fideliū defūctorum remissiōem cūctorum tribue pctorum: ut idulgētiā quā semp optaverunt: piis supplicatiōib9 cōsequāt. Per dn. ... deo patre & spū sc... gnas de9 p oi...

volūtatē. neqꝫ Requiescāt in pace
qd immediate sequit Dirige.
C[illegible] a matu. ā. Dirige dñe de⁹
me⁹ in ꝯspectu tuo viā meā. ps.
Verba. ā. Couertere dñe ⁊ eri-
pe aīaȝ meā: qm̄ nō est i morte
q̄ meoȝ sit tui. ps. Dñe ne i furo-
re. ā. Nequā rapiat vt leo aiaȝ
meā dū non est q̄ redimat neqꝫ
q̄ saluū faciat. ps. Dñe de⁹ me⁹.
ā. A porta inferi. ℟. Erue dñe
animas eoꝝ. Pater nr̄. Et ne
nos. non dicat Jube. Lectio. i.

Job. 7 Parce michi dñe: nichil em̄ sunt dies mei. Quid ē ho
mo q꞉ magnificas eū: aut quid
apponis erga eū coꝛ tuū? Visi-
tas eū diluculo: ⁊ subito ꝓbas
illū. Usqquo nō parcis michi:
nec dimittis me vt glutiā sali-
uā meā? Peccaui. Quid faciaȝ
tibi: o custos hominum? Qua-
re posuisti me contrariū tibi: et
fact⁹ sum michimetipsi grauis?
Cur nō tollis peccatuȝ meum:
et quare non aufers iniquita-
tē meaȝ? Ecce nunc in puluere
dormio: et si mane me quesierꝭ
nō subsistā. non dicat Tu aūt.
℟. Credo q꞉ redēptoꝛ meus vi-
uit et in nouissimo die de terra
surrecturus sum. Et in carne
mea videbo deū saluatoꝛē meū.
℣. Quem visurus sum egoipse
[illegible]n alius: ⁊ oculi mei consp[illegible]
[illegible] Et in carne. Lectio. ii.
[illegible] meā vite mee:
[illegible] aduersum me
eloquiū meū. Loquar in ama-
ritudie aie mee dicā deo. Noli
me ꝯdēnare. Indica michi: cur
me ita iudices? Nūqd bonū ti-
bi videtur si calūnieris et oppri
mas me op⁹ manuū tuaꝝ: ⁊ ꝯsi
liū ipioꝝū adiuues? Nūqd ocli
carnei tibi sunt: aut sicut videt
hō ⁊ tu vides? Nūqd sicut dies
hois dies tui et āni tui sicut hu
mana sūt tpa: Ut q̄ras iniqtatē
meā ⁊ pctm̄ meū scruterꝭ: et sci-
as q꞉ nihil ipiū fecerī: cū sit ne-
mo q̄ de manu tua possit eruere
℟. Qui lazarum resuscitasti a
monumento fetiduȝ tu eis dñe
dona reqem ⁊ locū idulgētie. ℣.
Qui ventur⁹ es iudicare viuos
et mortuos ⁊ sclm̄ p igne. Tu.
Man⁹ tue fecerūt Lec. iii. Job.
me et plasmauerunt me
totū in circuitu: ⁊ sic repēte pci-
pitas me. Memēto q̄so q꞉ sicut
lutū feceris me: et i puluerē re-
duces me. Nōne sicut lac mul-
sisti me: ⁊ sicut caseū me coagu
lasti? Pelle ⁊ carnibus vestisti
me: ossib⁹ ⁊ neruis ꝯpegisti me.
Vitam ⁊ miaȝ tribuisti michi:
et visitatio tua custodiuit spm̄
meū. ℟. Dñe qn̄ venerꝭ iudica
re terrā vbi me abscōdā a vul-
tu ire tue. Q꞉ peccaui nimis in
vita mea. ℣. Commissa mea pa
uesco ⁊ ante te erubesco dū ve-
nerꝭ iudicare noli me ꝯdēnare.
Q꞉. C Sciendū est q꞉ qn corp⁹
[illegible] cuiuscūqꝫ fuerit [illegible]

anniuersariis epoꝝ tūc repetaꝛ. iii.vi.et.ix. ℞. In.ii.noct.℟. In loco pascue: ibi me collocauit. ps. Dñs regit. ℟. Delicta iuuentutis mee ꝛ ignorātias meas ne memineris dñe. ps. Ad te do.le.An. Credo vidē bona dñi i tra viuētiū. ps. Dñs illu. ℣. In mēoria etna erit iust⁹. ℞. Ab auditōe.

ps. 13. Quātas habeo iniqtates et pctā: scelera mea atq; delicta ostēde mihi. Cur faciē tuā abscondis: ꝛ arbitraris me inimicū tuū? Contra folium qd vēto rapit ostēdis potentiā tuā: ꝛ stipulā siccā psequeris. Scribis eni ꝯtra me amaritudies ꝛ consumere me vis pctis adolescētie mee. Posuisti i neruo pedē meū ꝛ obseruasti oēs semitas meas ꝛ vestigia pedū meoꝝ ꝯsiderasti. Qui quasi putredo ꝯsumēd⁹ sū ꝛ qsi vestimētū qd cōedit a tinea. ℞. Heu mihi dñe q₂ peccaui nimis i vita mea: qd faciā miser vbi fugiā nisi ad te de⁹ me⁹ miserere mei Dū veneris i nouissimo die. ℣. Aia mea turbata est valde: s₃ tu dñe succurre.

iob.14. Homo nat⁹ ℓ.v.te ei.Dū. de muliere: breui viuens tpe: replet multis miseriis. Qui qsi flos egredit ꝛ ꝯterit ꝛ fugit velut vmbra: ꝛ nūq̄ i eodē statu pmāet. Et dignū ducis sup huiuscemodi apire oclos tuos ꝛ adducere eū tecū in iudiciuz? Quis potest facere mūdū de immundo ꝯceptū semie? Nōne tu q solus es? Breues dies hois sūt: nūer⁹ mēsiū ei⁹ apd te est. Constituisti tmios ei⁹: q pteriri nō poterūt. Recede ergo paululū ab eo: vt quiescat donec optata veniat: ꝛ sicut mercēnarii dies eius. ℞. Ne recorderis pctā mea dñe. Dū veneris iudicare sclm p ignē. ℣. Dirige dñe de⁹ me⁹ in ꝯspectu tuo viā meā. Dū.lc.vi.

iob.14. Quis michi hoc tribuat: vti iferno ptegas me: ꝛ abscōdas me: dōec ptrāseat furor tu⁹: ꝛ ꝯstituas michi tps in q recorderis mei? Putas ne mortu⁹ hō rursū viuat? Cūctis dieb⁹ qb⁹ nūc milito: expecto dōec veniat immutatio mea Uocabis me ꝛ ego rñdebo tibi. Opi manuū tuaꝝ porriges dexterā Tu qdez gressus meos dinūerasti: s₃ pce pctis meis. ℞. Dñe scdm actū meuz noli me iudicare: nichil dignū i ꝯspectu tuo egi. Ideo deprecor maiestatē tuā: vt tu de⁹ deleas iniqtatē meā. ℣. Ampli⁹ laua me dñe ab iniusticia mea ꝛ a delicto meo mūda me: q₂ tibi soli peccaui. Ideo. In.iii.noc.℟. Cōplaceat tibi dñe vt eripias me: ad adiuuādum me respice. ps. Expectās. ℟. Sana dñe aiaz meā q₂ peccaui tibi. ps. Btūs q itelligit. ℟. Sitiuit aia mea ad deū fontē viuū qn veniaz ꝛ apparebo añ faciē dñi. ps. Quēad modū. ℣. Requiez. Et intr. lc.vii.

Iob. 17 Spūs me⁹ attenuabit̄ dies mei breuiabūt: ꝫ solū mihi supest sepulchrū. Nō peccaui: ꝫ in amaritudinib⁹ morat̄ ocul⁹ me⁹. Libera me dn̄e ꝫ pone me iuxta te: et cuiusuis manus pugnet ꝯtra me Dies mei trāsierūt: cogitatiōes mee dissipate sūt torq̄ntes cor meū. Noctē vterūt i diē: ꝫ rursū post tenebras spero lucē. Si sustinuero īfern⁹ dom⁹ mea est: ꝫ i tenebris straui lectulū meū. Putredini dixi. Pat̄ me⁹ es: mat̄ mea ꝫ soror mea vmib⁹. Vbi est ergo nūc ꝯsolatio mea: ꝫ patientia mea. Tu es dn̄e de⁹ me⁹. ℟. Peccātē me q̄tidie ꝫ nō penitētē timor mortis conturbat me. Q2 i inferno nulla ē redēptio miserere mei deus ꝫ salua me. ℣. Deus in noīe tuo saluū me fac domine ꝫ in virtute tua libera me. Quia. Lectio octaua.

Iob. 19. Pelli mee ꝯsūptis carnibus adhesit os meū: ꝫ derelicta sūt tm̄modo labia circa dētes meos. Miseremi mei miseremini mei / saltem vos amici mei: q2a manus dn̄i tetigit me. Quare ꝑseq̄mini me sicut de⁹: et carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat: vt scribāt̄ ſmōes mei? Quis michi det vt exarētur in libro stilo ferreo: et plūbi lamina vel celte sculpāt̄ in silice. Scio em̄ q2 redemptor me⁹ viuit: et i nouissimo die de terra surrectur⁹ sū: ꝫ rursū circundabor pelle mea: ꝫ in carne mea videbo deū saluatorē meū Quē visurus sū ego ipse ꝫ oculi mei ꝫ specturi sunt: ꝫ non alius Reposita est hec spes mea: in sinu meo. ℟. Requiē eternā dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Qui lazarū resuscitasti a monumēto fetidū: tu eis dn̄e dona requiē. Et. Lec. ix

Iob. Quare de vulua eduxisti me. Qui vtinā ꝯsūptus essē: ne ocul⁹ me videret. Fuissē q̄si nō essē: de vtero trāslat⁹ ad tumulū Nunq̄d non paucitas dier meor finiet̄ breui? Dimitte me vt plangā paululū dolorē meū āteq̄ vadā / ꝫ nō reuertar ad terrā tenebrosā ꝫ opertā mortis caligine. Terrā miserie ꝫ tenebrar vbi vmbra mortis ꝫ nullus ordo: sed sempit̄n⁹ horror īhabitat. ℟. Libera me dn̄e de morte eterna in die illa tremēda. Q̄n celi mouendi sūt et terra. Dū veneris iudicare seculū per ignē. ℣. Dies illa dies ire calamitatis et miserie dies magna ꝫ amara valde. Quādo celi mouendi sunt et terra. ℣. Quid ergo miserrimus q̄d dicā vel q̄d faciā dū nil boni perferā ante tantū iudicē. Dū. ℣. Nunc te xp̄e petimus miserere q̄s qui venisti redimere perditos noli dānare redēptos. Dū Deinde repetat̄ ℟. Libera.

p totum annum obseruet: quecunque dicitur hoc ℟. Libera me dne. In omni.iii. et vi.feria p annum qn fiunt vigilie mortuorum cum.ix.lc. et iii.lec.tm.tunc erit.iii. ℟. Libera me dne de viis inferni. Qui portas ereas confregisti et visitasti infernum et dedisti eis lumen vt viderent te qui erant in penis tenebrarum. ℣. Clamantes et dicentes aduenisti redemptor noster. Qui portas ereas confregisti. et nō repetatur hoc ℟. Ad lau. ℣. Requiescant i pace. Amen. In lau. An. Exultabunt dno ossa humiliata. ps. Miserere. An. Exaudi dne orationem meam ad te ois caro veniet. ps. Te decet. An. Me suscepit dextera tua dne. ps. Deus deus. An. A porta inferi erue dne aiam meam. ps. Ego dixi. An. Ois spus laudet dnm. ps. Laudate. ol. Requiez. An. Ego sum resurrectio et vita qui credit i me etiam si mortuus fuerit viuet: et ois qui viuit et credit in me nō morietur ineternum. ps. Bndictus. Kyriel. Xpe el. Kyriel. Pater nr. Sine genuflexione. Et ne nos. Deinde dicatur ps. Exaltabo. Quo finito dicatur. Requiem. et A porta inferi. Erue dne. Credo videre bona dni. In terra viuentium. Dns vo. Et cum. Oremus. ¶ Pro corpore presenti ad lau. dicitur hec oro. Deus cui. Maior. In anniuersariis. v. dicuntur orones. Deus cui. Minor. In

trigintalib. v. dnr orationes.

Omnipotens sempiterne deus cui numquam sine spe misericordie supplicatur: propiciare anime famuli tui vel famule tue: vt qui vel que de hac vita in tui nominis confessione decessit: sanctorum tuorum numero facias aggregari. ¶ Pro ebdis defunct ad lau. oro.

Deus cui misericordie nō est numerus suscipe pro animabus famulorum tuorum pontificum preces nostras: et lucis eis leticieque regionem in sanctorum tuorum societate concede. ¶ Pro fratribus et sororibus ad laudes. Oratio.

Inclina dne aurem tuam ad preces nostras quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: vt animas famulorum famularumque tuarum quas de hoc seculo migrare iussisti: in pacis ac lucis regione constituas/ et sanctorum tuorum iubeas esse consortes. Per christum

Deinde dicatur [illegible]
miliaribus p[illegible]
torquibus di[illegible]

Actio gra[illegible]

Animal[illegible]
delium defunct[illegible]
supplicantiu[illegible]
tis oib' exau[illegible]
nis facias e[illegible]
cum deo patr[illegible]

¶ Explic[illegible]

In natali vni⁹ apli siue vni⁹ euãgeliste: vel plurimoꝝ apl'oꝝ paschalis tpis: videlicz ab oct. pas. vsqz ad penthe. In pte hyemali ad .i. ves. super pos. fer. A.

Lux perpetua lucebit sanctis tuis: ꝛ eternitas tẽpoꝝ alleluya. Minor. hi. fer. ca. hym. ad vtrasqz vesperas ꝛ ad matu. et ad alias hor. dr ꝓ pas. si hẽant: sin aut dr de cõi aplo'ꝝ reliq̃ tpis. ℞. Cãdidi facti sunt nazarei ei⁹ all'a: splẽdo‑rẽ deo dederũt all'a. Et sic lac coagulati sũt. All'a all'. ℣. In oẽz terrã exiuit son⁹ eoꝝ: ꝛ in fines orbis tre ꝟba eoꝝ. Et si. Glia.

Tristes erãt (All'a. hy. ...psti / de nece sui domini: ...em pena mortis crudeli / ser... ...marant impii.

...sumus auctor omniuz / in ...chali gaudio: ab omni ... / tuũ defende pplm ... / qui surrexisti a ...et sctõ spũ / i sẽ... ...ec oct. asce. ...d pẽth. dr ...us hymni. ...audiũ / qui ...t nostra in ...mp secula. ...s supra sy... ... / i sẽpiter... ...i sunt di... ...'a. ℣. Fi... ...te mar‑tyꝛẽ cũ corona: q̃ coronauit euz dñs i die solẽnitat. ꝛ leticie all'. all'. ꝯ. Mgt. Scit dux ẽ q̃ hec ℣. Filie hierl'z. ꝛ ℞. Filie hierl'z. dr i pas. tpe: tã i fes. vni⁹ mar. q̃ plurimoꝝ mar. ꝯtã in fest. vni⁹ ꝯfes. q̃ pluꝝ ꝯf. ꝛ sic cũ his ꝟbis. Filie hierl'z vẽite ꝛ videte martyrẽ. qz hoc dictũ martyrẽ ptinet ad xp̃z passuz. Oro ꝓpa vel de cõi reliq̃ tpis. Cõpl. pas. non mutat. Ad mat. iuit. Exultẽt i dño sctĩ. All'a. ꝓ. Hẽn. hy⁹. Tristes erãt. hec sola a. sup pos. ℣. A. Tristicia vr̃a all'a: vertet in gaudiuz all'a. Tres ps. dr sm ordinẽ noct. de cõi apl'oꝝ reliq̃ tpis: ꝛ hoc p tps pas. videlz non respiẽdo a.i. noc. i q̃libet ebd. sz dicãt ps. sm ordinẽ noc. ebd. seq̃ue. Eodẽ mõ fiat de martyribus ꝛ de ceteris sctis i pdicto tpe ꝯtigẽtib⁹. ℣. Gauisi sũt discipuli. ℞. Uirtute mag̃ reddebant apl'i Testioniũ resurrectõis iesu xp̃i dñi nr̃i all'a all'. ℣. Repleti q̃dẽ spũ sctõ loq̃bant cũ fiducia. Testio. ℞. Isti sũt agni nouelli: q̃ ãnũciauert all'a: Modo venert ad fõtes: repleti sũt claritate al'. al'. ℣. In ꝯspectu agni amicti stolis albis: et palme in manib⁹ eoꝝ. Modo. ℞. Cãdidi facti sũt. ps. ab vs. ℣. Uox leticie ꝛ exultatiõis. ℞. In tabernaculis iustoꝝ all'a. In lau. an.

Sancti tui dñe florebũt sicut liliũ all'a: ꝛ sicut odor

¶ In natali vni⁹ appostoli: siue plurimorū aplorum p totū annū extra tps pas. Ad omnas vel'a. Estote fortes i bello: et pugnate cū antiq serpēte: et accipietis regnū etnū all'a. Qñ fit vniu de cōi vni⁹ apli post lxx. tūc i fine istius añ. loco All'a. dicatur a. Hec dicit dns. in aliis vo ais. loco All'a. dicat illud verbum. Ineternum. psalmi fer. Cpm.

ephe. 2. Iam non estis hospites et aduene: sz estis ciues sanctorum et domestici dei super edificati super fundamentu aplorū et pphetarum. R. Qui sūt isti q vt nubes volāt. Et q̄si colūbe ad fenestras suas. V. Candidiores niue/nitidiores lacte/rubicūdiores ebore antiq. Et q̄si. Glia. Et. Hy⁹.

Annue xpe sctorum dne nobis p hui⁹. Qñ fit mēo plurimorū aplorū: tūc dicet nobis q horū tibi cara merita: vt q te corā grauit deliqm⁹ huius soluantur gloriosis precibus.

Salua redēptor plasma tuū nobile signatum sancto vultus tui lumine nec lacerari sinas fraude demonū: propter quos mortis exoluisti precium.

Dole captiuos eē tuos seruulos absolue reos cpeditos erige: et q̄s cruore redemisti pprio rex bōe tecū fac gaudere ppeti.

Sit tibi iesu bndicte dne glia Vtus honor et iperiū vna cū patre sctorum paraclyto: cū qb⁹ regnas de⁹ ante secla. Amē. V. In oēz terrā exiuit son⁹. In. Beati eritis cū vos oderit homies et cū separauerit vos et exprobrauerint et eiecerit nomē vēm tanq malū ppt filiū hois. gaudete et exultate: ecce enim merces vra mlta est i celo. ps. Magt. Ora de vigi. oz u ppa hēat. Sinautem hz oro de die. Et si necesse fuerit q pcessio fieri debeat de festo alicui⁹ apli: et non habeatur ppa oro de vigi. tunc dicit ad pcessionē ista oratio.

Quesum⁹ ops de⁹: vt nra deuotio q natalicia bti. N. apostoli tui ātecedit: patrocinia itercessiōis ei⁹ accumulet. Per. Ad matu. Inuit. Regē aplorū dnm Venite adorem⁹. ps. Venite exul. Hymn⁹. Annue xpe. In .i. noc. an. In oēm terrā exiuit son⁹ eorū: et i fines orbis terre vba eorum. ps. Celi enar. an. Clamauerūt iusti et dns exaudiuit eos. ps. Bndicā. an. Constitues eos pncipes sup omnē terram mēores erūt nois tui dne. ps. Eructauit. V. In omnē terram. R. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporū dicit dns. Estote ergo prudentes sicut serpentes: et simplices sicut columbe. V. Dū lucē habetis credite i lucē: vt filii lucis sitis dicit dns. Estote. R. Tollite iu

gum meũ sup vos dicit dñs: ⁊ discite qz mitis sũ ⁊ hũilis corde. Jugũ enim meũ suaue est ⁊ onus meũ leue. ℣. Et inuenietis reqe aiab⁹ vr̃is. Jugũ. ℟. Dũ steteritis añ reges ⁊ p̃sides nolite cogitare q̃mõ aut q̃d loquamini Dabit eñ vobis i illa hora q̃d loq̃mini. ℣. Non eñ vos estis q̃ loq̃mini: s; sp̃s p̃ris vr̃i q̃ loq̃tur i vobis. Dabit. Gl'ia. Dabit. In.ii.noc.añ. Principes p̃plo⸗ zgregati sũt cũ deo abraham. ps. Oẽs gẽtes. añ. Dedisti hereditatẽ timẽtib⁹ nomẽ tuũ dñe. ps. Exaudi de⁹ dep̃catiõẽ. añ. Annũciauerũt op̃a dei: et facta ei⁹ itellexerũt. ps. Exaudi de⁹ orõnẽ. ℣. Constitues. ℟. Uidi ziũctos viros habẽtes splẽdidas vestes ⁊ ãgel⁹ dñi locut⁹ ẽ ad me dicẽs. Isti sũt viri sc̃ti facti amici dei. ℣. Uidi angelũ dei volantẽ p̃ mediũ celi voce magna clamãtẽ et dicẽtẽ. Isti. ℟. Isti sunt triũphatores ⁊ amici dei q̃ ztẽnẽtes iussa p̃ncipũ meruerũt p̃mia et̃na. Modo coronant et accipiũt palmã. ℣. Isti sunt q̃ venerunt ex magna tribulatiõe ⁊ lauerũt stolas suas in sanguie agni. Modo co. ℟. Fuerũt sine q̃rela ante dñm et ab inuice nõ sunt separati Calicẽ dñi biberunt. Et amici dei facti sũt. ℣. Tradiderũt corpora sua p̃pter deuz ad supplicia ideo coronant ⁊ accipiunt palmã. Calicez. Gloria. Et amici. In.iii.noct.añ. Exaltabuntur cornua iusti all'a. Infra.lxx.in hac ãn. p̃cedete ⁊ in alia seque. in loco all'a. dicetur in eternum. ps. Cõfitebimur. añ. Lux orta est iusto all'a: rect; corde leticia all'a. ps. Dñs reg̃.ex. añ. Custodiebant testimonia eius ⁊ p̃cepta ei⁹ all'a. Post.lxx.i fine isti⁹ ãe. loco all'a. dicet q̃ dedit illis. ps. Dñs reg̃.ira. ℣. Nimis ho. ℟. Isti viuẽtes in carne plãtauerũt ecclesiã sanguie suo: non sunt de terris corpora corũ separata. Quo⸗ merita sunt i celis aie sancto⸗ coeq̃les. ℣. Sancti p̃ fidẽ vicerunt regna: op̃ati sunt iusticiã adepti sunt repromissiones. Quo⸗. ℟. Isti sunt viri sancti q̃s elegit dñs in caritate nõ ficta: ⁊ dedit illis gl'iam sempiternam. Quorũ doctrina fulget eccl'ia. Ut sole luna. ℣. In oẽm terrã exiuit sonus eorum ⁊ in fines orbis terre v̾ba corũ. Quorũ. ℟. Ciues ap̃lo⸗ ⁊ domestici dei aduenerunt hodie. Portãtes facem et illuminantes patriã dare pacẽ gentibus. Et liberare pp̃l'm dñi. ℣. Audite p̃ces supplicũ vite eterne poscẽtes p̃mia: q̃ fert in dextris manipulos iusticie: quiq; gaudentes / aduenistis hodie. Portantes. Gl'ia. Et ii. ℣. Dedisti hereditatem. ℟. Timentibus nomẽ tuũ dñe. In laudi. añ.

balsami erũt ãte te allã. ℣. Dñs reg. An. Scti ⁊ iusti in dño gaudete allã: vos elegit deꝰ in hẽditatẽ sibi allã. ps. Jubilate An. In velamẽto clamant scti tui dñe allã allã. al. ps. Deꝰ deꝰ. An. Spũs ⁊ aie iustoꝝ hymnũ dicite deo nr̃o allã allã. ps. Bñdicite. An. In celestibꝰ regnis sctoꝝ est habitatio allã: ⁊ ieternũ reqes eoꝝ allã. ps. Laudate. Cp. vt s. hyꝰ

Claro paschali gaudio / sol mũdo nitet radio: cũ christum iam apostoli / visu cernunt corporeo.

Ostensa sibi vulnera / in christi carne fulgida: resurrexisse dominũ / voce fatentur publica

Rex xpe clementissime / tu corda nostra possi de: vt tibi laudes debitas / reddamꝰ omni tẽpore

Quesumus auctor oim. Gloria tibi dñe q̃ surrexi. Per oct. ascẽ. dñi: ⁊ deinceps vsq; ad pẽthe. dicitur hic. Tu esto nr̃m gaudiũ. Glia tibi dñe / q̃ scandis. ℣. Gaudete iusti i dño. R. Rectos decet collaudatio allã. An. Lux ppetua lucebit scis tuis dñe allã: ⁊ etnitas tẽporꝝ allã allã. maior. ps. Bñdictus. Ad. i. an. Sãcti tui dñe. ps. Deꝰ i noie. Ad. iii. an. Scti ⁊ iusti. ps. Legẽ po. cap. vt s. R. Tristicia vr̃a. Allã all. ℣. Vertet i gaudiũ. All. al. Glia. Tristicia. ℣. Preciosa. Ad. vi. an. In velamẽto. ps. Defecit. cap. vt s. R. Preciosa est in cõspectu dñi. Allã allã. ℣. Mors sctõꝝ eiꝰ. All. al. Glia. Precio. ℣. Gaudete iusti. Ad. ix. an. In celestibꝰ re. ps. Mirabilia. cap. vt s. R. Gaudete iusti i dño. Allã allã. ℣. Rectos decet collaudatio. All. al. ℣. Vox leticie. Ad. ii. vs. an. Scti tui dñe. ps. Dixit dñs. ⁊ ceti ps. de aplis relĩq tpis. cp. vt s. Si fuerit duplex festũ tũc dicat R. Cãdidi. Sinaũt nullũ R. dicet. hyꝰ Claro paschali. ℣. Gaudete iusti in dño. An. Lux ppetua. minor. ps. Magt. Orões vt i hys. fessor notatũ ẽ.

In natali vniꝰ martyris siue vniꝰ ꝯfessoris ab oct. pas. vsq; ad pẽthe. i fes. cũ reg. cho. Ad. i. vs. sup ps. An. Lux ppetua. minor. ps. fes. cp. ad vtrasq; vs. ⁊ ad matu. ⁊ ad alias hor. dicãt ppa si hãnt: sinaũt de cõi relĩq tpis. R. Filie hierlz venite ⁊ videte martyrẽ cũ corona q̃ corõauit eũ dñs In die solẽnitat ⁊ leticie. All. ℣. Qm̃ ꝯfortauit seras portaꝝ tuaꝝ. bñdixit filiis tuis in te. In die. Glia. Allã. Capit. ad vs. et ad matu. de cõi relĩq tpis. ℣. Tristicia vr̃a. An. Filie hierlm. vt s. ps. Magt. Ad matu. Inui. Exultẽt i dño. ps. Venite exul. hyꝰ. de cõi relĩq tpis Sup psal. an. Tristicia vestra. Tres ps. dñe de cõi reliqui tpis ĩn ordinẽ nocturnoꝝ. ℣. Preciosa ẽ i ꝯspectu dñi. R. Mors

seculorum Alla. Cetera vo dr ps. suꝑ ꝑos ad matu. scʒ i gñeo. erunt dr ꝟ. Tristicia vestra. ℟. Beatus vir q̄ metuit dñz all. In mādat eiꝰ cupit nimis all. all'a all. ꝟ. Potēs i tra erit semē eiꝰ gñatio rectoꝝ bñdicet. In. ℟. Preciosa i cōspectu dñi. Mors sctoꝝ eiꝰ all. ꝟ. In cōspectu ois populi eiꝰ. Mors. ℟. Filie hierlm. vtē. ad vē. ℟ꝰ. Vox leticie ꝛ exultatiōis. ℟. In tabernaculis iustoꝝ all'a. In lau. ā. Scti tui dñe. ꝛ cetere dr. q̄ sequunt. vt s. Cap. ꝛ hyꝰ vt s dictū ē. ꝟ. Gaudete iusti. ā. Lux ppetua. maioꝛ ps. Bndict'. Ad pmā ꝛ ad alias hor. ān. ℟. ꝛ ꝟ. vtē. de aptis dicant. Ad. ii. vē. ān. Scti tui dñe. ps. fer. Cap. vtē. diximus. Si duꝑ. cessū fuerit: tūc dr ℟. Filie hierlm. In añt nullū ℟. dr. hyꝰ. de cōi reliq̄ tpis. ꝟ. Gaudete iusti in dño. ā Lux ppetua lucebit sctis. minoꝛ. ps Magt. Dño vtē. ¶ Et nota q̄ q̄n ān. Lux ppetua lu. minoꝛ. dr ad vē. suꝑ psal. tūc ad mēo. alicuiꝰ sci scilʒ vniꝰ marty. vel ꝯfessoꝛ dr. Lux perpe. maioꝛ. ¶ In natali vniꝰ marty. siue vniꝰ ꝯfes. paschalis tpis: sine regimie choꝛi. Ad pmas vē. ān. Alla. Et ps. fer. Capʒ. et hym. reliq̄ tpis. ꝟ. Tristicia vra. ān. Filie hierlm. ps. Magt. Ad matu. Inuit. ꝛ cetera vē. vsq̄ ad laudes dicunt. In lau. hec sola ā. Sancti tui dñe. ps. Dñs regnauit. ꝟ. Gaudete iusti i dño. ā. Lux ppe. minoꝛ. ps. Bndict'. et. vtē. Ad pmā ꝛ ad alias hor. oia fiūt vtē. de aptis cū caplis de cōi reliq̄ tpis vt ibi notatū est. ¶ In natali plimoꝝ martyꝝ siue plimoꝝ ꝯfessoꝝ sine regle choꝛi ab octa. pas. vsq̄ ad pēthe. Ad pmas vtē. ā. Alla. ps. fer. Caplm. et hym. de cōi reliq̄ tpis. ꝟ. Tristicia vra. ā. Filie hierlm. ps. Magt. Ad matu. Inuit. Exultēt i dño. ps. Venite. Hyꝰ. de cōi reliq̄ tpis. Super psal. ā. Tristicia vra. Tres psal. dicāt de cōi reliq̄ tpis sm ordinē noct. ℟ꝰ. Preciosa est in ꝯspectu dñi. ℟. Tristicia vra alla. Cōuertet i gaudiū all. al. ꝟ. Mūdus autē gaudebit: vos aūt ꝯtristabimini: sʒ tristicia vra Cōuertet. ℟. Preciosa i ꝯspectu. vtē. i cōi vniꝰ marty. pasc. tpis. ℟. Lux perpetua lucebit sctis tuis dñe. Et etnitas tēporum. Alla alla. ꝟ. Vox leticie ꝛ exultatiōis in tabernaculis iustoꝝ. Et et. Glia. All. ℟. Vox leticie et exultatiōis. In lau. hec sola ā. Sācti tui dñe. ps. Dñs regnauit. Cetera ꝛ hyꝰ. de reliqui tpis. ꝟ. Gaudete iusti. ān. Lux ppetua. minoꝛ. ps. Bndictus. Ad pimā et ad alias horas: oia fiāt vt supra dictū est.

¶ Hic finit commune sanctorum tempore paschali.

Hoc est preceptum meum: vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. ps. Dñs reg. an. Maiorem caritatem nemo habet vt aiam suã ponat qs p amicis suis. ps. Jubilate. an. Uos amici mei estis si feceritis q precipio vobis dicit dñs. ps. Deus de⁹. an. Beati mundo corde qm ipsi deum videbunt. ps. Bñdicite. an. In patientia vrã possidebitis aias vrãs. ps. Laudate. Capi. Jam non estis. Hymnus

Exultet celũ laudibus/resultet terra gaudiis: apostolorũ gloria / sacra canũt solẽnia. Uos secli iusti iudices/ et vera mũdi lumina: votis precamur cordiũ/ audite pces supplicum Qui celũ verbo clauditis / serasqz eius soluitis; nos a peccatis oibus / soluite iussu q̃sum⁹. Quor pcepto subdit/salus et lãguor oim : sanate egros morib⁹/nos reddentes virtutib⁹. Ut cum iudex aduenerit christus i fine seculi: nos sempiterni gaudii/faciat esse compotes Deo pri sit gloria/eiusqz soli filio: cũ spũ paraclyto/ et nunc et ippetuũ. Amẽ. V. Annũciauert opa dei. R. Et facta ei⁹ intellexerũt. an. Tradẽt eni vos i consiliis et i synagogis suis flagellabũt vos: et an reges et psides ducemini pter me in testimoniũ illis et gentib⁹. ps. Bñdict⁹. Oratio de die dicatur si ppria

habeat: sin autẽ dr ista oro de cõi. Exaudi dñe ppłm Oro. tuũ cũ sctĩ apłi tui. N. patrocinio supplicãtem: vt tuo semp auxilio muniti⁹: secura tibi possit deuotione seruire. Per dñm nrm. Ad iii. an. Hoc ẽ pceptum. ps. De⁹ in noie. Ad iii. an. Maiorẽ. V. Legẽ po. Cap. Jã nõ estis. R. In oẽm trã exiuit son⁹ eor. V. Et in fines orbis terre vba eorũ. Exiuit. Glia. In oẽm. V. Cõstitues. Oro vts. Ad vi. an. Uos amici mei. ps. Defecit. Capm.

Per manus apostolorum fiebãt signa et pdigia multa i plebe: et magnificabat eos ppłs. R. Cõstitues eos principes Sup oẽm terrã. V. Memores erunt nois tui dñe. Super. Glia. Constitues. V. Nimis honorati sunt. oro vts. Ad ix. an. In patientia. ps. Mirabilia. Act. 5.

Ibant apostoli Capm. gaudẽtes a conspectu cõsilii qm digni sunt habiti p nomine iesu contumeliã pati. R. Nimis honorati sũt amici tui deus. V. Nimis cõfortatus est pncipat⁹ eorum. Amici. Gloria. Nimis. V. Annũciauerũt. Ad vi. an. Jurauit dñs et nõ penitebit eũ: tu es sacerdos eternũ. ps. Dixit dñs. an. Colloc et eũ dñs cũ principibus ppli sui. ps. Laudate pueri dñm. an. Dirupisti dñe vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis. ps. Act. 5.

Credidi. An. Eūtes ibāt et flebant mittētes semina sua. ps. In cōuertēdo. An. Cōfortat⁹ est ꝑncipat⁹ eorū ꝗ honorati sunt amici tui deus. ps. Dñe ꝓbasti. Cap. In nō estis. Si duplex festū fuerit: tūc dr R. Ciues apostolorū. Sin autē nullū R. dicit. Hy⁹. Exultet. V. Annūciauerūt. A. In regnatiōe cū sederit fili⁹ hōis i sede maiestatis sue sedebitis ꝗ vos iudicātes duodecim trib⁹ isrl': dicit dñs. ps. Magt. Oratio vt s. ¶ In natali vni⁹ martyris extra temp⁹ paschale. ¶ Nota ꝙ cōiter ꝑ totū ānuz i fest. ix. lc. sup ps. fer. dicit an. Iste sctūs. nisi i festo scti albani mar. qñ transla. scti edward di cū. ix. lc. celebrat i eadē ebdo. ꝗ scti edmūdi regis ꝗ mr. qñ fer. scti clemēt i ead ebd. ꝯtīge. Ad vs. sup p. fer. An. Iste sctūs ꝓ lege dei sui certauit vsq ad mortez ꝗ a vbis ipsorū nō timuit: fūdatus eni erat supra firmā petrā. Vel alia An. Btūs vir ꝗ suffert tētatiōez qm cū ꝓbat⁹ fuerit accipiet coronam vite quā repromisit de⁹ diligentib⁹ se. He due an. dicātur alternis vicib⁹ ꝑ ebd. sup ps. in fer. ix. lec. vnius marty. ita tñ ꝙ qñ dr A. Domine vir. sup ps. tunc dicetur istud sequēs capitulū.

Sap. 7 Iste sanct⁹ ꝓ lege dei sui certauit vsq ad mortē ꝗ a verbis ipsorū nō timuit: fūdat⁹ enim erat supra firmam petram. Ad vtrasq vs. ꝗ ad mag. ꝗ ad. iii. similiter qñ dr An. Iste sanct⁹. sup ps. tunc dicet capitulum.

Beatus vir ꝗ suffert tētatiōez qm cū ꝓbat⁹ fuerit accipiet coronam vite quam repromisit deus diligentibus se. Iac. 1.

Vel aliud capitulum.

Beat⁹ vir ꝗ i sapiētia morabit et qui in iusticia meditabitur: et in sensu cogitabit circūspectiōez dei. Eccl. 14. Ad vtrasq vs. ꝗ ad mag. ꝗ ad. iii. in fes. iii. lc. sine regi chori nūq dr R. ad. i. vesp. In fest. ix. lec. ad. i. vespe. dr R. ¶ De vno mart. decollato. R. Percepturus iam vit. ¶ De vno mar. nō decollato. R. Beatus vir qui suffert. Hy⁹.

Martyr dei ꝗ vnicum/ patris sequēdo filiū: victis triūphans hostib⁹/ victor fruens celestib⁹

Tui precatus munere/ nostrum reatū dilue: arcens mali contagium/ vite remouens tedium.

Soluta sunt iā vincula/ tui sacrati corporis: nos solue vinclis seculi/ amore filii dei.

Deo patri. V. Gl'ia ꝗ honore coronasti eū dñe. An. Hic est vere martyr ꝗ ꝓ xpi noīe sanguinez suū fudit ꝗ minas iudicū nō timuit: nec terrene dignitat gl'iaz ꝗsiuit: sz ad celestia regna feliciter peruenit. ps. Magt. Oro.

Adesto dñe supplicatiōibus nr̄is: ꝗ intercessione

beati. N. martyris tui perpetuaz nobis miam tuā benignus impende. Per. Alia oratio. Presta qs oīps de⁹: vt qui beati. N. martyris tui natalicia colimus: intercessione ei⁹ in tui nomis amore roboremur. Per dnm. Qn duo fes. vnius martyr. i vna eod. die concurrunt: tunc di ad mem. de alio fes. cū ista a. Iste cognouit. qre ad. ii. vs. v⁹. Posuisti. Ofo vt decet. Ad maeut. in fes. ix. lect. et iii. q habent dupl. inuit. Inuitat. Iust⁹ florebit in domo dni plātat⁹ Gaudeamus et exultemus in ei⁹ sacra solēnitate. ps. Veite. Aliud inuitat. in fes. iii. lc. q habēt inuitat. simpl. Inuit. Regē martyruz dnm: Venite adoremus. ps. Veite hy⁹ Martyr dei. In i. noct. an. In lege dni fuit voluntas ei⁹ die ac nocte. ps. Beatus vir. An. Predicās preceptū dni 2stitutus est i mōte scto ei⁹ ps. Quare fre. a. Voce mea ad dnm clamaui: et exaudiuit me de monte sctō suo. ps. Dne qd ... v⁹. Gloria et honore. Lec. i. ... sctor merita religio... caritate mirak: quia iu... z frequēti laude collo... honores sctōs atq iusti ... Dnm quē delectat sā... ritū: delectare de... ltū dei obsequiz. ... dei f...

ipsorū nō timuit. Fundat⁹ enim erat supra firmā petrā. v. Mu... nimie regio sept⁹ nullaten⁹ ab aduersariis est supat⁹. Funda. R. ii.

Quare etiā imitari debet si laudat: aut laudare nō debet/ si imitari detrectat. Vt q aliū laudat/laudabilē se reddat: et q sctor merita admirak: mirabilis ipse vite scitate reddak. R. Iust⁹ germinabit sicut liliū. Et florebit ieternu āte dnz. v. Plātatus in domo dni: in atriis dom⁹ dei nri. Et.

Lc. iii.

I pterea fratres sanctos fideles qz diligim⁹ q in ipsis iusticiā fidēqz suspicimus: possum⁹ quia nos eē qd sunt si faciam⁹ ipsi qd faciūt. Neq ei nob difficile ē qd ab ipsis gerit imitari: cū sine pcedēti ... plo ab ātiqs talia gesta 2spiciam⁹ vt nō ipi alior emuli redderēt: sz emulāde virtut seipsos nobis pberēt exēplū: vt dum nos ex ipis et ex nob alii pficiūt: semp xps i suis sp i ecclia laudet. R. Iste cognouit iusticiā et vidit mirabilia magna: et exorauit altissimū: Et inuēt⁹ est i numero sctōrū. v. Iste est q 2tēpsit vitā mundi: et puenit ad celestia regna. Et. Glia. Et. In. ii. noc. a. Filii holm scitote qz dns sctm suū mirificauit. ps. Cū inuo. An. Scuto bone volūtatis tue coronasti euz dne. ps. Verba mea. a. ... vniuersa tra glia et hono...

cor͡oasti eũ. Ps. Dñe dñs nr. V. Posuisti dñe. ¶ Et notandũ est q qui dnt R. de .ii. noc. cõis hy- sto. i. lec. iii. lec. vni⁹ mar. tũc non dicet añ &c. V. Posuisti do. s3 V. Glia et hono. et hoc p p̄ ... añ. q̄ est añ. vltima. Lect. iiii.

Ab origie mũdi: inocens abel occidit. Enoch deo placẽs trãsfert. Iust⁹ noe iuẽit. Abra hã fidelis pbat. Moyses man- suet⁹ dinoscit. Jesus cast⁹. Da uid lenis. Helyas accept⁹. Da- niel sctũs. Tres pueri victores reddunt. Apli xpi discipuli cre dẽtiũ magistri habent. R. De siderium aie ei⁹: tribuisti ei dñe. Et volũtate labior ei⁹ nõ frau dasti eũ. V. Qm̃ pueniſti eũ in bñdictõib⁹ dulcedinis: posuisti in capite ei⁹ corona de lapide p- cioso. Et volũtate. Lec. v.

De q̃b⁹ eruditi cõfessores fortissie pugnãt: martyres pfe cti triũphãt: et xpiani semp ex- ercitũ dyaboli do armati debel lãt. In iustis et sctis sep pares ... existunt: dissimiles pu- gne: ... victorie. Tu xpia- ne delicat⁹ es ... si putas te sine pugna vi... certamine triũphare. R. Dñe pueniſti euz in bñdictõib⁹ dulcedis. Posui sti i capite ei⁹ corona de lapid. pcioso. V. Vitã petiit a te: et tri buisti ei dñe. Posui. Lec. vi.

Exerce vires: fortitudie di mica: atrocit in plio insta: co- certa: cõsidera pactũ: cõditõez at- tende: militiã nosce. Pactuz qd spopõdisti: cõditionẽ q̃ accessisti: militiã cui nomen dedisti. Hoc eni pacto qs mirãris cuncti pu gnarũt. Hac cõditiõe vniuersi vicerunt. Hac militia triũphart. R. Gloria et honore coronasti eũ dñe: et cõstituisti euz sup opa manuum tuarũ. Oia subiecisti sub pedib⁹ ei⁹. V. Qm̃ eleuata e magnificẽtia tua sr celos de⁹ Oia. Glia. Oia. In .iii. noct. A. Justus dñs et iusticias dilexit: eq̃tatẽ vidit vultus eius. Ps. In dño cõfi. A. Hitabit in taberna- culo tuo: reqescet in mõte scto tuo. Ps. Dñe qs hita. An. Posui- sti dñe sup caput ei⁹: coronã de lapide pcioso. Ps. Dñe i vtu. V. Just⁹ vt palma florebit. Nobl teri⁹ dicet q̃ticũq3 ... vsq3 ad horã nonã post eps3. tm̃. R. Si- cut cedr⁹ libani multiplicabit.

Euangeliũ sm̃ Johannẽ.

In illo tpe. Dixit ie. di. su. Jo. 12 Amẽ amẽ dico vobis. Nisi gra nũ frumẽti cadẽs i terra mor- tuũ fuerit: ipm solũ man et. Om. bei augu. epi. L

Se dicebat dñs granũ ficãdũ et mltiplicandũ. ficãdũ in infidelitate i multiplicãdũ i fide ... Jã do exhortãs ad ... vestigia. ... pd

eã:idest si amas perdis. Si cu-
pis vitã tenere i xpo:noli mor-
tem timere p xpo. ℟. Corona
aurea sup caput ei⁹:expressa si-
gno sctitat. Gloria honoris et
opus fortitudinis. ℣. Cibauit
illũ pane vite ₇ intellect⁹:et aq̃
sapie salutaris potabit illũ Glia.

Tē alio modo. Lec.viii.
Qui amat aiã suã: pdet
eam. Noli amare ne pdas:noli
amare i hac vita: ne perdas in
eterna vita. Sequit. Et q̃ odit
aiam suã in hoc mũdo:in vitaz
etnã custodit eam. Ergo qđ su
pra dictũ ē:q̃ amat subitelligit
in hoc mũdo:ipse itaq₃ pdet. ℟.
Stola iocũditat induit eũ dñs.
Et coronã pulchritudis posuit
sr caput ei⁹. ℣. Induit euz dñs
lorica fidei:₇ ornauit eum. Et.

Qui aũt odit aiam Lec.ix.
suã vtiq₃ i hoc mũdo:i vi
tã etnã ipe custodit eã Mag̃ et
mira sentētia:quēadmoduz sit
hois i aiaz suã amor vt pereat:
odiũ ne peat. Si male amaue-
ris:tũc odisti. Si bñ oderis:tunc
amasti. Felices q̃ oderũt custo-
diēdo:ne pdant amãdo. Sz vide
ne tibi subrepat vt teipm velis
interimē: sic itelligēdo q̃ debes
odisse in hoc mundo aiam tuã.

De vno mar.decol. ℟. Per-
ceptur⁹ iã vir sctũs p laborē
cez ₇stãs i ₇fessiōe xp̃i ...
Subdit collũ velut ag̃n⁹ man
suet⁹ gladio. ℣. Corp⁹ dissolui
gaudēs:et cũ deo viuē. Subd.
Glia. Sub. Hoc ℟. Perceptu-
rus. dicit in fes. de mar. decolla.
ad.i.vs.ix.lec. ₇ ad mat.erit.ix.
℟. Et etiã i fest.iii.lec.ad mat.
erit.iii. ℟. qñ dr de.iii.noc.tm.

De vno mar.non decolt. ℟.
Btũs vir q̃ suffert tētatōez q̃m
cũ pbat⁹ fuerit accipiet coroaz
vite Quã repromisit de⁹ diligē
tib⁹ se. ℣. Hic accipiet bñdictio-
nez a dño: ₇ miam. Quã. Glia.
Quã. Aliud euãge.scdm lucam.

In il.t. Dixit ie.dis.su. Si Lu.14
q̃s venit ad me et nõ odit
prez suũ: ₇ mrez suã: ₇ vxorē: et
filios/ ₇ fres/ ₇ sorores: adhuc
aũt ₇ aiam suã:nõ põt me⁹ esse
discipul⁹. Et rel. Omi.b.greg.
Si ₇siderem⁹ fres (Lec.vii.
q̃ntũ q̃ ₇ q̃ta sũt q̃ nobis pmit-
tũt i celis:vilescũt ais oia q̃ ha-
bent i terris. Terrena nãq₃ sub
stantia supne felicitati cõpata:
põd⁹ ē/nõ subsidiũ. Tpal' vita
etne vite ₇pata:mors ē poti⁹ dī

Ipse (cēda q̃ vita. Lec.viii.
eni q̃tidian⁹ defect⁹ corru-
ptōis q̃d ē aliđ: q̃ q̃dã plixitas
mortis. Que aũt ligua dicē: vel
q̃s itellect⁹ cape sufficit illa su-
pne felicitat q̃ta sunt gaudia
angelor₇ chor interesse:cũ beatis-
simis spiritib⁹ glie ₇ditoris assis-
tere:psentē dei vultuz cernere:
icircũscriptũ lumē videre/nul-
lo metu mortis affici/icorruptio
nis ppetue munere letari. Lec.ix.

SEd ad hec audita inardescit animus: iāq3 illic cupit assistere vbi se spat sine fine gaudē Sz ad mag̃ pmia pueniri non pōt: nisi p magnos labores. Vñ ꝫ paulꝰ egregiꝰ pdicatoꝛ dicit. Non coꝛonabit᷑: nisi ꝗ legitime certauerit. Delectet ergo mētē magnitudo pmioꝝ: ꝭ nō deterreat certamē laboꝝ.

Aliud euāge. S. matheum

Mat. 16 IN illo tpe. Dixit iesus discipul' suis. Si ꝗs vult post me venire abneget semetipꝫ: ꝛ tollat crucē suā ꝛ seq̄t me. Et rel'.

Omel'. de diuersis tracta. l. vii.

Quia dñs ac redēptoꝛ nr̄ nouꝰ hō venit i mūdu3: noua pcepta edidit mūdo Uite eñ nr̄e veti i viciis enutrite ꝯtrarietatē opposuit nouitat' sue. lc. viii.

QUid eñ vetꝰ: ꝗd carnal' hō nouerat: nisi sua retinere: aliena rape si posset: cōcupiscere si nō posset: Sz celestis medicꝰ singul' ꝗbusq3 viciis: obuiātia adhibet medicamenta.

SIcut arte medicine lc. ix. calida frigidis: frigida calidis curāt᷑: ita dñs nr̄ ꝯtraria opposuit medicamēta pctis Ut lubꝛicis cōtinētiā: tenacibꝰ largitatē: iracūdis māsuetudinē: elatis pciperet humilitatē. Ad lau. Oꝛa ꝓ nob' btē. N. Iste v. di semp ante lau. i festo viiiꝰ martr. ix. lec. Dñ vo fuīt ꝯ. iii. lc. tūc dr̄ v. Posuisti dñe.

vel v. Iustus vt pal. In lau. ā. Qui me ꝯfessus fuerit coꝛam hoībus: ꝯfitéboꝛ ꝛ ego eū coꝛā patre meo. ps. Dñs reg̃. ā. Qui sequit᷑ me nō ambulat in tenebꝛis: sed habebit lumē vite dicit dñs. ps. Iubilate. ā. Si quis michi mīstrauerit: honoꝛificabit eū pr̄ meꝰ ꝗ est in celis dicit dñs. ps. Deꝰ deꝰ. ā. Qui michi ministrat me sequat᷑: ꝛ vbi su3 ego/ illic erit et mīster meꝰ. ps. Bñd. ā. Uolo pr̄ vt vbi ego sū illic sit ꝛ minister meꝰ. ps Laudate. Cpm. vt s. dictū est. Hyꝰ.

DEus tuoꝛum militum/ soꝛs et coꝛona pꝛemiu3: laudes canentes martyꝛis/ absolue nexu criminis.

Hic nempe mundi gaudia/ et blandimēta noxia: caduca rite deputās/ puenit ad celestia.

Penas cucurrit foꝛtiter/ ꝛ sustulit viriliter: ꝓ te effundens sanguinē/ eterna dona possidet

Ob hoc pcatu supplici/ te poscimus piissie: i hoc triūpho martyꝛis/ dimitte noxam criminis

Sit xp̄e rex piissime/ tibi pr̄iq3 gloꝛia: cū spū pacl'ito/ i sempiterna sel'a. Amē. v. Iustus germinabit sicut liliū. R. Et flo. ā. Nisi granū frumēti cadens in terrā moꝛtuū fuerit: ipm solum manet. ps. Bñdꝰ. Alia ān. Qui vult venire post me dicit dñs: abneget semetipm: et tollat crucē suam ꝛ sequat᷑ me. ps.

Whdict⁹. Hee pdicte due ãe. dñr alternis vicib⁹ p ebd'.i fes. vni⁹ mar. txz. iii. ꝑ. ix. lc. sup p Whd. vel ad mẽo. eiusdẽ scti:ita tñ q̃ scꝫ ipzimis dicat ã Nisi gnuz. oio vts. Ad.i.ã Qui me ꝯfess⁹. ps. De⁹ i noĩe. Ad.iii.ã Qui sequit me. ps Legẽ pone. cap. vts. R. Glia et honoze Cozonasti eũ dñe. v. Et cõstituisti euz sup opa manuũ tuar. Cozo. Glia. Glia et hono. v. Posuisti dñe. Oro vts. Ad sextam. An. Si quis michi. ps Defecit. Caplm.

Eccle. 15. Iste cognouit iusticiaz et vidit mirabilia magna: ⁊ exozauit altissimũ: ⁊ iuẽt⁹ est i nũero sctõr. R. Posuisti dñe Sup caput ei⁹. v. Cozonaz de lapide pcioso. Sup. Glia. Po. v. Iust⁹ vt pal. Ad.ix.ã Nolo pater. p Mirabilia. Capitulu.

Eccle. 15. Stola iocũditat induit eũ dñs: ⁊ cozonã pulchzitudinis posuit sup caput ei⁹. R. Iust⁹ vt palma flozebit In domo dñi. v⁹. Sicut cedr⁹ libani multiplicabit. In. Glia. Iust⁹. v. Iust⁹ ger. Ad.ii. vs. ãn Qui me ꝯfessus. ps. fer. cpz. vts. hy⁹. De⁹ tuor militũ. v. Iust⁹ ger. ã. Hic vir despiciẽs mũdũ: ⁊ terrena triũphãs diuitias celo cõdidit oze manu. ps Magt. oro vts. Alia ãn. Iste cognouit iusticiã ⁊ vidit mirabilia magna ⁊ exozauit altissimũ: ⁊ iuẽt⁹ est in nũero sctõr. p Mgt. Ne pdisat.

cte ãe. dñr altnis vicib⁹ p ebd.i fes. ix. lc. vni⁹ mar. sup p Mgt. Ad.ii. vs. vel ad mẽo. eiusdez. Itẽ alia cap. vni⁹ mar. ⁊ dñr cũ cap. supzascript altnis vicib⁹ p ebd. ad vs. ⁊ ad matu. ⁊ ad.iii. ⁊ ad.ii. vesperas. Capitulum.

Beat⁹ vir q̃ i sapia mozabit: ⁊ q̃ in iusticia meditabit: et in sensu cogitabit circũspectionẽ dei. Ad.vi. Capitulũ. Eccle. 14.

Cibauit illuz pane vite et itellect⁹: ⁊ aq̃ sapiẽtie salutari potabit illũ. Ad.ix. Cpz. Eccle. 15.

Et firmabitur i illo ⁊ nõ flectetur: ⁊ continebit illum ⁊ non cõfundetur: et exaltabit illũ apd ꝓximos suos: et noĩe etno hereditabit illũ dñs de⁹ nr. Eccle. 15.

¶ In natali vni⁹ mar. ⁊ põtificis tota cantet hyst. vni⁹ mar. nõ põtifi. vts. cuz cap. subscript ⁊ cũ ozõe subnotata. Ad vtrasq̃ vs. ⁊ ad matu. ⁊ ad.iii. Cpm.

Omnis põtifex ex hoib⁹ assũpt⁹: p hoib⁹ cõstituit i his q̃ sũt ad deũ: vt offerat dona ⁊ sacrificia p pctis. Heb. 5. oro

Deus q̃ sctãz nobis hui⁹ diei leticiã p ꝯmẽozatõe btĩ martyr tui. N. atq̃ pontificis fecisti: adesto familie tue pcib⁹ ⁊ da: vt cui⁹ hodie festa celebzam⁹: ei⁹ merit ⁊ itercessionib⁹ adiuuemur. Per. Ad matu. vni⁹ mar. ⁊ põtifi. l. i.

Debem⁹ pctare fres karissimi qd cõtinue sctis aplis dicit: ⁊ p

aplos nobis. Uos estis sal tre. Si ergo sal sum⁹: ꝫdire mētes fideliū debem⁹. Uos ergo q̄ pa stores estis: pēsate q꞉ aialia dei pascitis: de q̄b⁹ pfecto aialib⁹ deo p psalmistā dr. Aialia tua habitabūt i ea. Et sepe vi demus q̄ brutis aialib⁹ petra sa lis ponit: vt eādē salis petrā la bere debeant ꝗ meliorari: q̄si er go int̄ bruta aialia: petra salis debet eē sacerdos in pplis. Curare sacerdoti necesse est q̄ singulis dicat vnūquēq꞉ q̄liter admoneat: vt q̄sq̄s sacerdoti iū gir: q̄si ex salis tactu eterne vi te sapore condiatur. Tu. Sal em̄ tre non sum⁹: si corda audiētiū nō ꝫdim⁹. Qđ pfecto ꝫdimētū ille veracit̄ ꝑbio ipē dit: q̄ pdicatiōis v̄ba nō subtra hit. Quid aūt aias hoīꝫ: nisi ci bū dei dixeriꝫ q̄ ad hoc sūt ꝫdi te: vt i ei⁹ corp⁹ traiciāt: id est vt i etne ecc̄e augmētū tēdāt. Si ergo cib⁹ dei est ppl's: ꝫdimētū cibi sacerdotes esse de buerāt. Sꝫ q꞉ dū nos ab orōnis ꝗ eruditiōis sc̄tē vsu cessamus: sal ifatuatū ē: ꝫdire nō valet ci bū dei. Atq꞉ idcirco ab auctore nō sumit̄: q꞉ exigēte fatuitate nostra minime conditur. Lc. vi. Pensem⁹ ergo q̄ vnūq̄q꞉ p signū nr̄āꝫ ꝫuersū: q̄ de pverso suo ope re nr̄a icrepatōe correpti peni tētiā ꝫgerit: q̄s luxuriā ex nr̄a eruditione deseruit: q̄s auari ciā: q̄s superbiaꝫ declinauit. Hoc euangeliū legatur i fes. cuiuslī bet exulatr: siue martyris: siue cōfessoris. Secundum lucam.

In illo tpe. Dixit iesus di scipulis suis pabolā hāc. Hō q̄dā nobil' abiit in regionē longinquā accipe sibi regnū ꝗ reuerti. Et rel. Omelia ex com mentario vene. bede pbri. Lc. vii.

Homo nobilis: ille ē cui cec⁹ supra clamabat. Fili dd̄ mise rere mei. Et cui venienti hiero solimā ꝫcinebāt. Osanna filio dauid: bn̄dict⁹ qui venit i noīe dn̄i. Lc. viii.

Longiqua re gio eccl'ia est ex gētib⁹. de qua eidem nobili hoī q̄ loquit̄. Ego autē ꝫstitutus suꝫ rex ab eo: dicit̄ a patre. Postula a me ꝗ dabo tibi gētes hēditatē tuā ꝗ possessiōeꝫ tuā tmios tre. Lc. ix.

Hec videlicet hereditas et possessio: bifaria ratione regio longinqua nūcupat̄: vel q꞉ a finib⁹ terre clamat ad dn̄ꝫ vel q꞉ longe est a peccatoribus salus. Et cū de⁹ sit vbiq꞉ p̄sens: longe tamen ab eoꝝ sensu qui idola colūt/ver⁹ de⁹ abest. Sed qui erant longe facti sunt ꝓpe in sanguie xp̄i. Ad. iii. cap. Dis ponti. Ad sextam. Capitulum

Nemo sumit sibi honorē sed qui vocat̄ a deo tāq̄ aarō sicut scriptū ē: tu es sacer dos ietnū scđꝫ ordinē melchise dech. Ad nonam. Capitulum.

14 In ecclesiis altissimi aperiet os suu: et in oi aspectu virtutis illi9 gliabit: i medio ppli exaltabit: et in plenitudine scta admirabitur. ¶ In natalicijs pluor mar. extra tps pasc. ad. i. vs. sup ps. a. Sci p fide vicerut regna: opati sut iusticia adepti sut repromissiões. ps. fer. Cap.

10. Reddet de9 mercedem laborum sanctorum suoru et deducet eos in via mirabili. R. In circuitu. Hymn9.

Sanctor merit iclita gaudia/pangam9 socii gestaqz fortia: nam gliscit animus pmere cãtibus victor genus optimu.

Hi sunt quos retinẽs mund9 inhorruit ipm na sterili flore p aridu: spreuere penitus teqz secuti sunt/ rex xpe bone celitus.

Hi pro te furias atqz ferocia/ calcarunt hoim seuaqz verbera: cessit his lacerans fortiter vngula/nec carpsit penetralia.

Ceduntur gladiis more bidentium / no murmur resonat nec qrimonia: sz corde tacito mens bene cõscia / cõseruat patiẽtiã.

Que vox q poterit ligua retexere/ q tu martyrib9 munera pparas: rubri na fluido sanguie laureis / ditant bene fulgidis.

Te sũma deitas vnaqz poscim9 vt clpas abluas noxia subtrahas: des pacẽ famulis nos qqz gliaz/p cũcta tibi scla. Amẽ. V. Letami. Gaudẽt in celis aie sctor q xpi vestigia sut secuti q qr p ei9 amore saguinẽ suu fuderut ideo cu xpo regnat ineternu. ps. Magt. Alia a. Isti sut sci q p dei amore minas hoiz ptẽpserut sci martyres i regno etnu exultãt cu ãgelis o q preciosa est mors sctor q assidue assistut an dnz: et abiuicẽ no sut sepati. ps. Magt. Hec due pdicte a. dr alternis vicib9 p ebd. i fest. ix. lc. pluor m. tã. iii. q. ix. lc. sup ps. Magt. vt ad meo. corudẽ sctoru: ita tn q sep pximis dicat a Gaudent i cel.

¶ In natali pluor marty. non pôti. oro.

Omnipotens sempiterne de9 da nob sctor martyr tuoru. N. et. N. ita digne merita venerari: qten9 et ab istãtib9 liberemur piculis/et digni efficiamur gaudiis sepitnis. p dn.

¶ In natal. pluor mar. et pôt. oro.

Omnipotens sempiterne de9 q i sctor martyr tuoru atqz pôtificu. N. et. N. cordib9 flamã tue dilectiõis accendisti: da mẽtib9 nris candẽ fidei/caritatisqz vtutẽ: vt qr gaudem9 triuphis pficiam9 exemplis. Per.

Ad mat. inuita. in fest. ix. lec. in Inuit. Adorem9 regẽ magnum dnz. Qui i sctis suis sp ẽ mirabil. ps. Venite. ¶ Inuit. in fest. ix. lc. et i fest. iii. lc. qn dr inui. dup. Inuit. Mirabilẽ deu i sctis suis Venite adorem9 collaudãtes. ps. Venite.

¶ In fest. iii. lc. qn inuit. est simplex. Inuit. Regẽ martyr dnm

Venite adorem⁹. ps. Vesp. hy⁹. Sctōꝝ merit. In .i. noctur. añ. Secus decursus aq̄ꝝ plātauit vineā iustoꝝ: s in lege dñi fuit volūtas eoꝝ. ps. Beatus vir. añ. Tanq̄ aurū in fornace pbauit electos dñs: ꝛ q̄si olocausta accepit illos ieternū. ps. Quare fre. añ. Si corā hoīb⁹ tormēta passi sūt: spes electoꝝ ē imortalis ieternū. ps. In do. cōfi. ꝟ. Letamini. l.i.

P Salm⁹ q̄ cātat dño videt sctis martyrib⁹ cōuenire. Sz si mēbra xp̄i sum⁹ sicut esse debem⁹: ad oēs nos ptinē itelligam⁹. Qui semināt in lachrimis in gaudio metēt. Eūtes ibāt ꝛ flebāt: mittētes semia sua. Venictes aūt veniēt cū exultatiōe portātes manipulos suos. ℟. Absterget de⁹ oēz lachrymā ab ocl'is sctōꝝ: ꝛ iā nō erit āpli⁹ neq̄ luct⁹ neq̄ clamor: s nec vll⁹ dolor. Quī p̄ora trāsierūt. ꝟ. Nō esurient neq̄ sitiēt āpli⁹ ꝛ nō cadet sup illos sol: neq̄ vll⁹ est⁹.

Q Uo eūtes? vñ? Quō. l.ii. veniētes? Qui seminātes i lachrymis? Que sunt semia? Qui manipuli? Eūtes i morte veniētes a morte. Eūtes nascēdo: veniētes resurgēdo. Seminātes opa bōa: recipiētes mercedē etnā. ℟. Viri scti gl'iosū sanguinē fuderūt p dño amauerūt xp̄z i vita sua imitati sūt eū in morte sua. Et iō coronas triūphales meruerūt. ꝟ. Vn⁹ spūs ꝛ vna fides erat i eis. Et. l.iii.

S Emia ergo nr̄a sunt: q̄ necq̄d boni fecerim⁹. Manipuli: qd̄ i fine recipiem⁹. Si ergo bōa semia sūt bōa opa: q̄re cū lachrymis: cū hylarez datorē diligat de⁹? ℟. Tradiderūt corpora sua ppter deū ad supplicia. Et meruerūt habere coronas ppetuas. ꝟ. Isti sūt q̄ venerūt ex magna tribulatiōe et lauerūt stolas suas in sanguie agni. Et. Gl'ia. Et. ¶ In nata. li q̄zūlibet fratrū mar. de q̄rum nocte. dr: hoc seq. ℟. sēp erit. iii. ℟. Hec ē vera fraternitas q̄ nūq̄ potuit violari certamie: q̄ effuso sāguie secuti sūt dñz. Cōtēnētes aulā regiā Peruenerūt ad regna celestia. ꝟ. Ecce q̄ bonū ꝛ q̄ iocūdū: hitare fres i vnū. Cō. Gl'ia. Per. Et hec sūt fes. i qb⁹ pdictū ℟. sp dicit: scz sctōꝝ marci ꝛ marcelliani: sctōꝝ geruasii ꝛ pthasii: sctōꝝ septē fratrū: sctōꝝ Cosme et Damiani: sctōꝝ crispini ꝛ crispiniani. In ii. noc. añ. Dabo sctis meis locū nolatū in regno patris mei dicit dñs. ps. Dñe qs ha. añ. Sctis q̄ in terra sūt eius mirificauit oēs voluntates meas inter illos. ps. Cōserua. añ. Sācti qui sperāt in dño habebūt fortitudinē: assumēt pēnas vt aqle volabūt ꝛ nō deficiēt. ps. Dñi est terra. ꝟ. Exultēt iusti. l.iiii.

H Ic primum videtis

quomodo maxime ad beatos martyres uba ista ptineant. Nulli enim tm ipēderūt: quātū ipsi q̄ se ipsos ipēderūt sicut dicit paul⁹ apl's. Et ipse ipēdar p aiab⁹ vestris. ℟ Scti tui dñe mirabile p̄secuti sunt iter fuiētes pcept̄ tuis vt inuenirēt illesū. In aq̄s validis tra apparuit arida: z in mari rubro via sine ipedimēto ℣ Uictricē manū tuā laudauerūt parit et decantauerūt dñe

I nomē sctm̄ tuū. In. lc. v. Mpēdēt eni seipsos p̄ftitē do xp̄m: z iplēdo i ei⁹ adiutorio qd̄ dictū ē. Ad mēsaz magnā se disti scito qm̄ talia oportet te p parare. Que ē mēsa mag: nisi vn̄ corp⁹ xp̄i accipim⁹ z sāguinē ℟ Uerbera carnificuz nō timuerūt scti dei moriētes p xp̄i noie. Ut heredes fierēt i domo dñi. ℣ Immania ei p xp̄o i suis corp̄ib⁹ ptulerūt tormēta. Ut.

Q Uid ē scito qm̄ ta: l. vi. lia oportet te pparare: nisi qd̄ beat⁹ iohānes exponit: sicut xp̄s p nobis aiaz suā posuit sic z nos debem⁹ p frīb⁹ aiam ponere. ℟ O venerāda martyrū gl'iosa certamia: q̄ in suis corp̄ib⁹ p xp̄o imania ptulerūt tormēta. Et ideo pcipe meruerūt imarcessibilē etne gl'ie coronā. ℣ Despecta nāq̄ p̄nti vite luce z tēptorq̄ suor corpor cruciatu seuiēte mūdū dei p amore vicerūt. Et. Gl'ia. Et. In. iii.

no. ā. Iusti aūt ipptuū viuēt: z apd̄ dñz ē merces eorū. ps Exultate. ā. Tradiderūt corpora sua ppt deū ad supplicia: vt heredes fierēt i domo dñi. ps Bñdicā. ā. Ecce merces sctōr copiosa est apud deū: ipsi vo mortui sunt p xp̄o z viuēt ietnū. ps. De⁹ venerūt. ℣ Iustor aie. S. lucaz

I N illo tpe. Descēdēs ies⁹ de mōte: stetit i loco cāpestri z turba discipulor ei⁹ z multitudo copiosa plebis ab oi iudea z hierl'm: z maritima: z tyri: et sydonis: q̄ venerāt vt audirent eū z sanarent a lāguorib⁹ suis Etc. Sermo ex gmētario venerabilis bede pbri. lc. vii. Luc. 6

T Urbe q̄ de (longe ad audiēdū veniūt: descēdent i cāpū dñi curant attactu Discipuli: q2 i miorib⁹ iā sunt istituti: i mont cacumie ad maiora puehūt. Ex q̄b⁹ etiā eligūtur: q̄ eū transfiguratū secreto i mōte speculēt. ℟ Propt testamētū dñi z leges p̄tnas scti dei p̄stiterūt i amore fratnitat. Q2 vn⁹ sp fuit sp̄s i eis: z vna fides ℣ Fuerūt sine q̄rela an dñz: et ab iuicē nō sūt sepati. Q2. l. 8.

U Nus p oib⁹ sublimiori sapiētie fonte debriād⁹ i mgri recūbit i pectore. Uarorq̄ vspiā iuenies vel turbas ad altiora dñz seq̄ vel q̄uēpiā debilē i mōte curari: sz extīcta febre libidinū: accēsaq̄ sapie luce paulatim vnūquēq̄ ad culmē subire

stantis. [illegible] quid in illo [illegible] tormenta [illegible]: [illegible] bona ego reddam vobis. ℣. Venite benedicti patris mei [illegible]. ii.iq.

Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat. Beati pauperes: quia vestrum est regnum dei. Et si [illegible] omnibus loquens: [illegible] oculos saluator in discipulos leuans: ut his qui verba leta cordis aure perceperunt: laus semper [illegible] lumen agiat. ℟. In circuitu tuo dñe lumen est quod nunquam deficiet. Ubi constituisti lucidissimas mansiones Ibi requiescunt sctōrum aie d'. Lux perpetua lucebit sctis tuis dñe: et eternitas tēporum. Ubi. Gloria. Ibi. ℣. Iudei aut [illegible] vindictas. Et apud dñm est merces. In lau. ā.

Iustorum aūt aie i manu dei sunt: et nō tāget illos tormētū malicie. ps. Dñs regnā. ān. Cū palma ad regna puenerūt scti: coronas decoris meruerunt de manu dei. ps. Iubilā. ā. Corpora sctōrum i pace sepulta sunt: et viuent nomina eorum in eternū. ps. De' de'. ā. Martyres dñi dñm benedicite in eternū. ps. Bndī ā. Exultabūt scti in gloria: letabuntur i cubilib' suis. ps. Laudate. ps. Reddet de'. Hy'.

Rex gloriose martyrum/ corona confitentium: qui respuentes terrena/ perducis ad celestia. Aurē benignā protin'/ appone nris vocib': trophea sacra pāgimus/ ignosce qd deliquim'. Tu vincis in martyrib'/ parcendo confessorib'/ tu vince nostra crimina/ donando indulgentiam. Deo patri sit gloria/ eiusque soli fi[illegible] cum spiritu paraclito/ et nunc et in perpe[illegible] tuū. Amen. ℣. Exultabunt scti in glo[illegible] suis. ℟. Et glo. [illegible]. Istorum ē enī regnū celorum [illegible] mundi et peruenerunt ad premia regni et lauerunt stolas suas i sanguine agni. Bnd'. [illegible] amicti stolis albis [illegible] lauerunt i sanguine agni. ℙ. Bndi'. Hic pdicte dñe ac. dicas alternis vicib' p ebd. i fer. pt oct. mar. rā iii. [illegible].ix.l.sit p. Bñs'. vl ad mēo. corūdē sctōr: ita q' lcēp ipprimis Dī ā. Istorum ē enī [illegible]. vid. ā d. l. ā. Iustorum aūt. ps. De' i noīe. ād iii. ā. Cū palma. ps. Legē po. cā. Reddet de'. ℟. Letamini in dño Et exultate iusti. ℣. Et gliamini oēs recti corde. Et. Glia. Leta. ℣. Exultent iu. [illegible] vid. ad. vi. ā. Corona sctōr. Defecit. ps.

Traduxit illos per mare rubrum: et transtulit illos per aquā nimiā: inimicos autem illorum demersit i mare: et ab altitudine iferorum eduxit eos. ℣. Exultent iusti. In conspectu dei. ℟. Et delectentur in leticia. In. Glia. Capl. Iustorum aie. [illegible] vid. ad. ix. ān. Exultabūt. ps.

Mirabilia. Capitulum. Iusti tulerūt spolia impiorum: et decantauerūt dñe nomē sctm tuū: et victricē manū tuā laudauerūt pariter dñe de' nr. ℟. Iustorum aie

In manu dei sunt. Et non tã-
get illos tormẽtũ malicie. [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Sequunt alia cap.
plimor mar. ꝯ dicat cũ cap. su-
prascript alienis dieb' p ebdo.
nisi qñ ppa hĩa. vel ppe laud.
heant. Ad vs. ꝯ ad matu. et ad
S terciã dicat. Capitulum.
Cap. 11. [illegible] p fidẽ vicerunt re-
gna [illegible] iusticiã adepti sũt re-
promissiones i xpo. Ad. vi. cap.
Cap. 10. S Ancti ludibria et verbe-
ra experti insuper ꝯ vincu
la ꝯ carceres: lapidati sunt: se-
cti sunt: tẽtati sunt: in occisione
gladii mortui sunt. Ad. ix. cap.
Cap. 10. A [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] alia cap.
[illegible] heant
cũ ppria hyñ. ad vtrasqz vs. ꝯ
ad matu. ꝯ ad. iii. ꝯ ad. ii. vs. di
catur illud capitulum.
Cap. 3 I Ustorũ aĩe i manu dei sũt
ꝯ nõ tãget illos tormẽtũ mali-
cie: visi sũt oculis isipiẽtiũ mori:
illi aũt sunt in pace. Ad. vi. cap.
Cap. 3 S I corã hoĩb' tormẽta pas-
si sũt: spes aũt illorũ imor-

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
maior. [illegible]
E Cce sacerdos magn' q̃ in Eccle. 44.
diebus suis placuit deo et
inuent' e iust' [illegible]
[illegible] Ad. ix. [illegible]
iii. cũ ppa hyñ. vel cũ ppia lau.
hñt: ꝯ et i oib' [illegible]
in tpe pasc. exigentib' itune ad
vtrasqz vs. ꝯ ad matu. ꝯ ad. iii.
dicat hoc cap. Ecce sacer. supra
dictũ. Et ad. vi. cap. Benedictione.
Ad. ix. Capm. Cognouit eum.
In oibus do aliis fest. [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible] atque [illegible] q̄ [illegible] co [illegible] [illegible] gubernauit [illegible] [illegible]. Amauit eū dn̄s ꝫ ornauit eum. [illegible]. Stola glorie induit eum. [illegible] Confessor dn̄i N. atq̄ plebē corroboza sctā [illegible] ut q̄ [illegible] pondere [illegible] tue gl̄ia sub [illegible] : et te duce etna p̄mia

O ꝫseq̄mur. p. Ma̅gt. Oro. Omīs sempiterne de⁹: q̄ nos btī. N. ꝫfessoꝝ tui atq; pōtific hodierna festiuitate letificas: tuā supplices exoꝛam⁹ clemen- tiā: vt cui⁹ solēnia deuoti officii- is ueneramur: ei⁹ piis suffragii- is etne vite remedia ꝫseq̄mur.

D Per. Alia oro. Oo p̄s de⁹: vt btī. N. ꝫfesso- ris tui atq; pōtificis venerāda solēnitas: ꝫ deuotōez nobis au- geat ꝫ salutē. Per. Cū do duo fest. vni⁹ ꝫfes. ꝫ pōti. simul ꝫti- gerit: tūc fiat mēo. de alio festo cū hac ā. Simlabo eū viro sa- pienti: q̄ edificauit domū suā su- pra petrā. ꝟ. Justū deduxit do. Oro vt decet. Ad mat. i fest. ix. lc. vel. iii. q̄ hn̄t iuit. dup. Inui. Unū deū i trinitate fidelit ado rem⁹. Cui⁹ fide deū viuit sctūs p̄sul. N. p. Uen. exul. In fes. iii. lc. q̄n iuita. ē simp. Inui. Regē ꝫfessoꝝ dn̄s z. Uenite adoꝛem⁹. ꝫ. Uen. ꝫ⁹. Iste ꝫfes. In. i. noc. ā. Btūs vir q̄ i lege dn̄i meditabi tur: volūtas ei⁹ ꝑmanet die ac

nocte: ꝫ oia [illegible] faciet [illegible] [illegible]. Dn̄s vir. An. Beatus iste sctūs q̄ ꝫfisus est i dn̄o: [illegible] [illegible] p̄ceptū dn̄i ꝫstitut⁹ est [illegible] mōte sctū ei⁹. p. Quare fre. An. Tu es gl̄ia mea tu es susceptoꝛ me⁹ dn̄e: tu exaltās caput meū ꝫ exaudisti me de mōte sctō suo p. Dn̄e q̄d mul. ꝟ. Amauit eū.

D Ominic⁹ smo quē lc. i. debem⁹ oēs nō solū stu- diose: verūctiā sapient audire cui nos opoꝛtet hūiliter ac dele- ctabiliter obedire moderatiōis sue vbiq; tenēs tēperiē: vt nec ouib⁹ desint pabula: nec pasto- rib⁹ alimēta: q̄dā spāliter solis p̄cepit nobis: q̄dā uo gn̄alr no bis ꝫ vobis. ꝶ. Euge bue bōe ꝫ fidel: q; i pauca fuisti fidelis: supꝛa mlta te ꝫstituā. Intra in gaudiū dn̄i tui. ꝟ. Dn̄e q̄nq; ta lēta tradidisti michi: ecce alia q̄nq; suplucrat⁹ sū. Intra. lc. ii.

N Ob ̄ nāq; : id est huis q̄s ille p̄rfamilias rerū oim dn̄s ad hec i magna domo sua ꝫstituit: vbi v̄bo eius v̄bū ḡre mistrem⁹ spāliter iiūgit sctē p̄- dicatiōis officiū: gn̄alr vo ꝫ no bis ꝫ vobis salutarē idicit obe diētia mandatoꝝ. ꝶ. Ecce sa- cerdos magn⁹ q̄ i dieb⁹ suis pla cuit deo. Ideo iureiurando fecit illū dn̄s crescere in plebē suam ꝟ. Bn̄dictiōez oim gētiū dedit illi: ꝫ testamētū suū ꝫfirmauit sup caput ei⁹. Ideo iure. lc. iii.

I[illegible]
[illegible] cele-
stiũ [illegible] copia spũal' exube
rat: vt i dño [illegible] qd' ple-
dus comedat: abundat etiã qd'
puul' sugat. Ibi est simul ꝯ la
ctens pot⁹: q̄ tenera fideliũ nu-
triat īfantia: ꝯ solid⁹ cib⁹ q̄ ro
busta ꝓfectoꝝ iuuētus spũalia
sctē ꝯtutis accipiat īcrementa.
℟. Iurauit dñs ꝯ nō penitebit
eũ Tu es sacerdos ietnũ Scd'z
ordinē melchisedech. ℣. Dixit
dñs dño meo: sede a dextris me-
is. Tu. Glia. Scd'z. In .ii. noct.
A. Inuocātē exaudiuit dñs san
ctũ suũ: dñs exaudiuit eũ ꝯ ꝯsti
tuit eũ i pace. ꝑ. Cũ inuo. A. Letē
tur oēs q̄ spant i te dñe qm̄ tu
bñdixisti iusto: scuto bōe volũ-
tatis tue coronasti eũ. ꝑ. Uerba.
An. Dñe dñs nr̄: ꝗ admirabile
est nomē tuũ i vniuersa terra:
qz glīa ꝯ honore coronasti san
ctũ tuũ: ꝯ cōstituisti eũ sup ope
ra manuum tuarũ. ꝑs. Dñm. ℣.
Iustũ deduxit dñs ꝑ vias rec.

I Bi prorsus ad salu- L.iiii.
tē ꝯsulit vniuersis q̄s dñs
saluare dignat. Ibi est qd' omi
etati ꝯgruat: ibi ē qd' oi ꝓfessio
ni cōueniat. Ibi audiuim⁹ pce-
pta q̄ faciam⁹: ibi cognoscim⁹
pmia q̄ spam⁹. Ibi est iussio q̄
nos ꝑ lrām doceat: ꝯ istruat ad
scientiā. Ibi pmissio q̄ ꝑ grām
trahat ꝯ pducat ad glīam. ℟.
Posui adiutoriũ sup potētē: et

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] L. v.

S Eruorũ igit̄ q̄s [illegible]
ꝓposuit dñs spūal' vol[illegible]
officiũ demōstrare: ait qd' i euā
gelio sepe audiuim⁹. Quis pu
tas ē fidel' dispēsator ꝯ prudēs:
quē ꝯstituit dñs supra familiā
suā: vt det illis i tpe tritici men
surā: Btūs ille seru⁹ quē cũ ve-
nerit dñs inuenerit sic facientē.
℟. Magnificauit eũ i ꝯspectu
regũ. Et dedit illi coronā glie.
℣. Statuit illi testamētũ sem-

Q Uis est (pitnũ. Et. L. vi.
iste dñs fres ꝯ ipse sine
dubio: q̄ suis discipul' ait. Uos
vocatis me magister ꝯ dñe: et
bn̄ dicit. Sũ etem. Que ē etiā
hui⁹ dñi familia: Nimirũ illa
est quā ipse dñs de manu inimici
redemit: ꝯ dño suo mācipauit.
Hec aũt familia sctā ē eccl'ia: q̄
ꝑ orbē trarũ copiosa fertilitate
diffundit: et redēptā se ꝓcioso
xpi sanguie gliat. ℟. Scte. N.
xpi ꝯfessor: audi rogātes fam[u]
los. Et ipetratā celit⁹ Tu defer
idulgētiā. ℣. O scte. N. spē aũ
reũ dñi gr̄a suor gemit⁹ solita
suscipe clemētia. Et. Glia. Tu.
In .iii. noc. A. Dñe iste sctūs ha
bitabit i tabernaclo tuo opa[bit]
est iusticiā: requiescet i mōte sctō
tuo. ꝑ. Dñe q̄s ha. An. Uitā pe-
tiit a te ꝯ tribuisti ei dñe: glia ꝯ

magnū decorē īposuisti sup eū posuisti i capite ei⁹ coronā de lapide p̄cioso. ℣. Dn̄e i virt. Hic accipiet bn̄dictionem a dn̄o / ⁊ miaꝫ a deo salutari suo: qꝛ hec est gn̄atio q̄rētiū dn̄ꝫ. ℣. Dn̄i ē tra. ℟. Iust⁹ vt pal. Sicut ced.
Mathe. 25. In illo tempore. S. mat. Dixit iesus discipulis suis pabolā hanc. Hō q̄dā pegre p̄ficiscēs vocauit suos suos: ⁊ tradidit illis bona sua. Et rel.
Omelia bti grego. pape. L. vii.
Lectio scti euāgelii f̄res kmi sollicite ꝯsiderare nos āmonet ne nos q̄ pl⁹ ceteris i hoc mūdo accepisse aliquid cernimur / ab auctore mūdi ḡui⁹ inde iudicemur. Cū ei augent̄ dona: rōnes etiā crescūt donoꝝ. Tāto igit̄ esse hūilior atqꝫ ad suiēdū deo p̄ōptior q̄sqꝫ debet eē ex munere: ꝓto se obligatiorē esse ꝯspicit i reddēda ratiōe. ℟. Iste est q̄ an̄ deū mag̃s v̄tutes opatus est: ⁊ ois t̄ra doctrina ei⁹ repleta est. Ipse intercedat p̄ p̄ctis oim ppl̄orū. ℣. Iste est q̄ ꝯtēpsit vitā mūdi ⁊ p̄uenit ad celestia reg.
Ecce hō q̄ pe. (Iþe. L. viii. grep̄ficiscit̄ seruos suos vocat: eisqꝫ ad negociū talēta p̄t̄it. Post multū vo tp̄is ꝑsitu rus rōnē reuertit̄: bn̄ opantes p̄ apportato lucro remunerat. Seruū vo a bono ope torpētē dānat. Quis itaqꝫ iste hō est q̄ peregre p̄ficiscit̄: nisi redēptor nr̄ q̄ i ea carne quā assūpserat abiit i celū. ℟. Iste hō ab adolescētia sua parti meruit infirmos curare. Dedit illi dn̄s claritatē magnā cecos illuīare: et demones effugare. ℣. Ecce hō sine q̄rela ver⁹ dei cultor abstinens se ab oi ope malo: ⁊ p̄manēs i inocētia sua. Dedit. L. ix.
Carnis ei loc⁹ p̄pri⁹ t̄ra ē: q̄ q̄si ad pegrinandū ducit̄: dū p̄ redēptorē nr̄m in celo collocat̄. Sꝫ hō iste pegre p̄ficiscēs suis suis bōa sua tradidit: qꝛ fidelib⁹ suis sp̄ūalia bōa ꝯcessit. Et vni dedit q̄nqꝫ talenta: alii autē duo: alii vero vnū. Quīqꝫ ei sūt corpori sēs⁹, videlꝫ vis⁹: audit⁹: gust⁹: odorat⁹: ⁊ tact⁹. Quīqꝫ igit̄ talēti: donū q̄nqꝫ sēsuū id est exterioꝝ sciētia exp̄mit̄. Duob⁹ vo: itellect⁹ ⁊ opatio designat̄. Unius aūt talēti noie: tm̄mō itellectus designat̄. ℟. Miles x̄pi gl̄iose. ℣. Sctissime. Tuo pio infuctu Culpas nr̄as ablue. ℣. Ut celesti regni sedem valeam⁹ scādere. Tuo. Gl̄ia. Cul. ℣. Ora p̄ nobis. ℟. Iste ℟. dr̄ sp an̄ lau. i fest. ix. lc. vni⁹ ꝯf. In fest. vo. iii. lc. dicat̄ ℟. Iustū deduxit. vel ℟. Iustus vt pal. In lau. an̄. Ecce sacdos magn⁹: q̄ in dieb⁹ suis placuit deo: ⁊ inuēt⁹ est iust⁹. ps. Dn̄s regn̄a. an. Nō est iuēt⁹ similis illi q̄ ꝯseruaret legē excelsi. ps. Iubilate. an. Fidelis seru⁹ ⁊ p̄ru-

dens quē constituit dn̄s supra familiā suā. ℣. De⁹ de⁹. Añ. Btūs ille seru⁹ quē cū venerit dn̄s et pulsauerit ianuam et iuenerit eū vigilantē. ps. Bn̄dicite. An. Serue bone et fidelis intra in gaudiū dn̄i tui. ps. Laud. Cap̄m.

Eccle. 44. Benedictionem omnium gentium dedit illi dn̄s: et testamētū suū ꝯfirmauit super caput eius. Qn̄ fiūt. ix. vel. iii. lec. cū cōi hystoria vni⁹ ꝯfes. et pōti. ꝫ extra tēp⁹ pas. tūc dicat ad lau: ꝫ ad. iii. et ad. ii. vespas hoc cap̄m. Bn̄dictiōez. Hymnus

Iesu redēptor oīz/ perpes corona p̄sulū: i hac die clemētius: nostris faueto vocib⁹.
Qui sacri qua nōis/ confessor almus claruit: cuius celebrat annua/ deuota plebs solennia.
Qui rite mundi gaudia/ hui⁹ caduca respuēs: cū angelis celestibus/ letus potitur premiis
Huius benigne annue/ nobis seq̄ vestigia: hui⁹ p̄catu seruulis/ dimitte noxam criminis.
Sit xp̄e rex piissime/ tibi patriq̄ gl'ia: cū sp̄ū paclyto/ i sempitna secl'a. Amē. ℣. Iust⁹ ger. Euge serue bone et fidelis: qr sup pauca fuisti fidelis: supra multa te ꝯstituā dicit dn̄s. ps. Bn̄d⁹. oꝛo vt s. ¶ Si duo fest. vni⁹ ꝯfes. ꝫ pōti. ūlt ꝯtigūt: tūc fiat memo. de alio fes. cū hac añ. Iste ē q ante deū. Req̄re hāc añ. ad. ii. vs. vni⁹ ꝯfes. ꝫ pōt. ℣. Iustus vt pal. Oꝛo. vt s. Ad. i. An. Ecce sacerdos. ps. Deus i no. Ad. iii. A. Nō est iuēt⁹. ps. Legem pone. ℟. Bn̄dictiōez. ℟. Amauit eū dn̄s. Et ornauit eum. ℣. Stola gl'ie iduit eū. Et orna. Gl'ia. Amauit eū. ℣. Iustū ded. oꝛo vt s. Ad. vi. A. Fidelis seruus. ps. Defecit. Capitulum.

Cognouit eū dn̄s i bn̄dictionibus suis: conseruauit illi miaz suā: ꝫ iuenit grām corā oclis dn̄i. ℟. Iustū deduxit dn̄s Per vias rectas. ℣. Et ostēdit illi regnū dei. Per vias. Gl'ia. Iustū. ℣. Iustus vt pal. Eccle. 44. oꝛo vt s. Ad. ix. A. Serue bone ꝫ fidelis. ps. Mirabilia. Cap̄m.

Magnificauit eū in cōspectu regum: et dedit illi coronā glorie. ℟. Iustus vt palma florebit In domo domini. ℣. Sicut cedrus libani mltiplicabitur. In domo dn̄i. Gloria. Iust⁹ vt palma. ℣. Iustus germinabit. oꝛo vt s. Ad. ii. vs. An. Ecce sacerdos magnus. ps. fes. Cap̄m. Benedictionem. Si duplex fes. fue. dicit ℟. Sācte p̄chrīsti confessor. Si nauit nullū ℟. dicatur Hymn⁹. Iesu redēptor. ℣. Iust⁹ germinabit. An. Iste est qui ante deuz magnas v̄tutes opatus est: ꝫ oīs terra doctrina ei⁹ repleta est: ipse intercedat p peccatis oīm ppłoꝝ. ps. Magl. oꝛo vt s. ¶ Tres alie lec. vni⁹ cōfes. et pōti. Lectio. i.

Seru⁹ igit͛ q̄ geminata talēta retulit a dño laudatur/atq; ad et͛nā remūeratiōez ꝑducit͛: cū ei voce dñica dr̄. Euge bue bōe ⁊ fidel͛: q; sup pauca fuisti fidel͛: supra multa te ↄstituā: itra in gaudiū dñi tui. l.ii.

Pauca q̄ppe fr̄es sūt bōa oīa p̄ntis vite: q̄tūlibet esse multa videant͛: i cōpatiōe retributiōis et͛ne. Sed tūc fidelis bu⁹ supra multa ↄstituit͛: qn̄ deuicta oīm corruptiōis molestia: de et͛nis gaudiis i illa celesti sede glriat͛.

Tūc em̄ ad dñi sui gaudiu ꝑfecte itromittit͛: qn̄ i illa et͛na p̄ria assumpt⁹/atq; āgelorū cetib⁹ admixt⁹: sic iteri⁹ gaudet de mūere: vt nō sit qd̄ iā exteri⁹ doleat de corruptiōe. l.iii. l.iiii.

Seruus q̄ opari de talēto noluit: cū vbis excusatiōis ad dñz redit dicēs. Dñe/scio q; hō durus es: metis vbi nō seminasti: ⁊ ↄgregas vbi nō sparsisti: ⁊ timēs abii et abscōdi talētū tuū i t͛ra: ecce habes qd̄ tuū est. Notādū v͛o q̄ iutilis bu⁹ dñm durū vocat: cui tn̄ ad lucrū deseruire dissimulat. Et timuisse se dicit i lucrū talētū expēdere: q̄ hoc solū timē debuerat: vt hoc sine lucro ad dñm reportaret.

Sunt aūt plerīq; intra sctāz eccl̄iaz q̄r iste bu⁹ imaginē tenet: q̄ meliori vite vias aggredi metuūt: ⁊ tn̄ iacere in sui corporis ignauia nō ↄtimescunt l.v. Cūq; em̄ pctōres se ↄsiderant: sctitatis vias arripe trepidāt: ⁊ remanere i iniq̄tatib⁹ suis nō formidāt. l.vi.

Sed q̄ idcirco meliori habitus vias ⁊ rectioris vite apprehēdere arcē noluūt q; ifirmos se eē ↄspiciūt: q̄si et pctōres se fatēt͛: ⁊ dñm repellūt cūq; in q̄ sctificari debuerāt refugiūt: ⁊ velut i ꝑturbatiōe positi ↄsiliū nō habēt dū moriūt͛: ⁊ vitā timēt. Vn̄ ⁊ huic bu'o ꝑtin⁹ r̄ndet͛. Serue male ⁊ piger sciebas q; meto vbi nō semio: ⁊ ↄgrego vbi nō spargo. Oportuit ergo te dare pecuniā meā nūmulariis: vt ⁊ ego veniens recepissem vtiq; qd̄ meū est cū vsura.

Euāgel. s'm matheum.

In illo tp̄e. Dix. ie. dis. su. Vigilate: q; nescit͛ q̄ hora dn̄s v͛r vēturus sit. Et rel. Mat. 24.

Omelia vene. bede p̄bri. l.c.vii.

Hac sīlitudīe ondit dn̄s aduētū suū semp debere eē suspectū. P̄rfamilias em̄ anim⁹ n̄r est: q̄ corp⁹ ⁊ oīa officia corpis more patrisfamilias regit ⁊ ↄtinet. Fur aūt: mors est iprouise adueniēs.

Fur igit͛ domū ꝑfodit: cū mors repēte ⁊ subito: repentinū trāsitū parat. l.viii. P̄rfamilias v͛o si sciret aduentū furis vtiq; vigilaret: ⁊ nō sineret ꝑfodi domū suā: q; si animus noster sedulo diem mortis inspiceret: sine dubio a corpore suo ꝑ oīa vigilaret. l.ix.

Eccl. 39.

Seruꝰ autẽ fidelis ⁊ prudens
intelligit chorꝰ aplorum ⁊ imitato
rũ eorum. Recte ordo aplorum huius
fidelis ⁊ prudẽs dr. Fidelis em
est: qz fideliter ⁊ deuote substãtiã
dñi sui dispẽsat. Prudens ẽ: qz
i distribuẽdo capacitatẽ singu-
lorum discernit. ¶ In natali vniꝰ
cõfessoris ⁊ abbatis ad vespe-
ras sup ps. fer. añ. Amauit eũ
dñs ⁊ ornauit eũ: stola glie in-
duit eum: ⁊ ad portas paradisi
coronauit eũ. ps. fer. Cpl.
Eccle. 39. Iustꝰ cor suũ tradet ad vi-
gilãdũ diluculo ad dñz q fecit
illũ: ⁊ i cõspectu altissimi depca-
bit. R. Vir israelita. hyꝰ. Iste
confessor. v. Amauit eũ dñs. añ. Si
milabo eũ viro sapiẽti: q edifi-
cauit domũ suã supra petrã. ps
Magt. oro de pprietate. Ad ma
tut. de fes. ix. lc. vel. iii. qñ iuit. ẽ
dup. Inuit. Iustꝰ florebit i do
mo dñi plantatꝰ. Gaudeamꝰ ⁊
exultemꝰ i eiꝰ sacra solẽnitate.
ps. Ven. In fes. iii. lc. qñ iuit. ẽ
simpl. Inui. Regẽ confessorum. ps.
Ven. hyꝰ. Iste confes. In. i. noc. ⁊
i sequ. noc. añ. ps. ⁊ v. de cõi vniꝰ
cõf. ⁊ põti. Lec. legant de pprieta
te. R. i. Euge serue. qre i cõi vni-
us cõf. ⁊ põt. R. ii. Iustꝰ germina
bit sicut liliũ. Et florebit ieter
nũ ãte dñm. v. Plãtatꝰ i domo
dñi: i atriis domus dei nri. Et.
R. iii. Vir israelita gaude co-
heres xpi. Intercede p nobis. v.
Vt preibꝰ tuis a deo veniã spere

mus deuoti ad te cõfugiẽtes. ps.
In. ii. noct. añ. Inuocatẽ. ps. Cũ
inuoca. ⁊c. añ. cũ suis ps. v. Iu
stũ deduxit. R. iiii. Magnifica
uit. qre i cõi vniꝰ cõf. ⁊ põ. R. v.
Amauit eũ dñs ⁊ ornauit eum
stola glie induit eũ. Et ad por
tas padisi coronauit eũ. v. In-
duit eũ dñs lorica fidei: ⁊ orna
uit eũ. Et ad. R. vi. Sãcte. N.
xpi cõfes. qre i cõi vniꝰ cõf. ⁊ põt.
In. iii. noc. añ. Dñe iste sctũs. ps.
Dñe qs ha. v. Iustꝰ vt palma.
R. vii. Iste est q ante. R. viii.
Iste hõ. R. ix. Miles xpi glio-
se. qre hec. iii. R. i cõi vniꝰ cõfes
⁊ põti. v. Iustꝰ vt pal. S. luca.
In illo tpe. Dixit iesus di Luc. 11
scipulis suis. Nemo accẽ
dit lucernã ⁊ i abscõdito ponit
neqz sub modio: sed sup cãdela-
brũ: vt q igrediũt lumẽ videãt
Et reli. Om. ve. bede pbri. l. vii.
De seipso dñs hoc loquit: ostẽ
dẽs ⁊ si supradixerat nullũ ge
nerationi neqz: nisi signũ ione
pphete dãdũ: nequaqꝫ tñ lucis
sue claritatẽ fidelibꝰ occultan-
dã. R. Iste est q ãte deũ. lc. viii.
Ipe quippe lucernaz accẽdit q te
stã hũana nature flãma sue di
uinitat ipleuit. Quã pfecto lu
cernã nec credẽtibꝰ abscõdere:
nec modio suppõere/ hoc ẽ sub
mẽsura legis icludere: vel itra
vnius iudee gentis terminos vo
luit cohibere. Sed sup cãdela-
brũ indit: vt qui ingrediunt lu

me videāt. ℣. Iste homo. lc. ix.
Candelabrū ecclesiam dicit: cui lucernā supposuit: qꝛ i nr̄is frōtib⁹ fidē sue icarnatōis affixit: vt q̄ ecclesiā igredi fidelr̄ voluerit: lumē veritatis palā queāt ītueri. Qua sententia iudeoꝝ q̄q; p̄ceres ꝯdēnat: q̄ signa q̄rētes exteri⁹ aptā lucē ianuā noluerūt ītrare credendo. ℟. Miles xp̄i gl̄iose. ℟. In fe. ix. lec. ℟. Ora p nobis. In fe. iii. lec. ℟. Iustū deduxit. vel ℟. Iustus vt pal.
Iustū deduxit In lau. a. dn̄s p vias rectas: ꝫ ostēdit illi regnū dei. ps. Dn̄s reg. a. Nō ē iuēt⁹. ps. Iubil. a. Fidelis su⁹. ps. De⁹ de⁹. an. Btūs ille. ps. Bn̄d. an. Serue bōe. ps. Laud. Rege has. iiii. an. in lau. in cōi vni⁹ ꝯf. ꝫ pō. Cp̄. Iust⁹ coꝛ suū. hy⁹. Iesu redēptoꝛ. ℣. Iustus germi. a. Euge sue. ps. Bn̄d⁹. oro vt s. Ad .i. a. Iustū deduxit. ps. De⁹ i nole. Ad .iii. a. Nō est iuē. ps. Legē po. cp. Iust⁹ coꝛ suū ℟. et ℣. ad oēs hoꝛ. dn̄r vt s. in cōi vni⁹ cōfes. ꝫ pōti. Ad .vi. an. Fidelis su⁹. ps. Defecit. Capm.
eccl. 39. Si ei magn⁹ dn̄s voluerit sp̄ū intelligētie replebit illū: ꝫ ip̄e tāq̄ ībꝛes mittet eloq̄a sapie sue: ꝫ i oꝛōne ꝯfitebit dn̄o. Ad nonā. a. Serue bone. ps. Mirabilia. Capitulum.
eccl. 19 Domin⁹ diriget ꝯsiliū ei⁹ ꝫ disciplinā: ꝫ in lege testamēti sui gl̄iabit. Ad vs. a. Iustū deō. mloꝛ. di. ℟. ꝫ. Iustus coꝛ suū. hy⁹. Iesu redē. ℣. Iust⁹ ger. a. Iste est q̄ āte deū. ps. Magt. oro vt s. Ite alia cap. de quocunq; confessore. Cp̄m.
Iustū deduxit dn̄s p vias rectas ꝫ ostēdit illi regnū dei: ꝫ dedit illi sciā scōꝝ: honestauit illū i laboꝛib⁹: ꝫ ꝯpleuit laboꝛes illi⁹. Ad .vi. cap. vbi. s. sap. x
Custodiuit eū dn̄s ab inimicis: ꝫ a seductoꝛib⁹ tutauit illū: ꝫ certamen foꝛte dedit illi vt vinceret: et sciret q̄m oim potentioꝛ est sapia. Ad .ix. sap. x
Sapientia vēditū iustū nō dereliq̄t: sꝫ a pc̄toꝛib⁹ liberauit eū. Capitulū. sap. x
S. mar. In illo tp̄e. Dixit (cum. mar. xiii
Iesus discipul̄ suis. Videte vigilate ꝫ oꝛate: nescitis eīm q̄n tēpus sit. Et reł. Om. ven. bede pb̄ri. lc. vii.
Vigilare ꝫ (oꝛare ꝫ cautos existere discipulos suos dn̄s monuit: sꝫ tn̄ eis iudicii vltimi tp̄s ośdere noluit: qꝛ magis illis ꝓfuit hoc nescire q̄ scire. Ut semp suspecti: sempq; parati vigilarēt. l. viii.
Vigilat q̄ vanis mūdi gaudiis doꝛmit: ꝫ p̄cepł diuinis excubat: vtilr̄ eīm oꝛat q̄ talē se exhibet: vt pcipe valeat qd in oꝛōnib⁹ postulat. lc. ix.
Nescit eīm q̄n tp̄s sit: ac si diceret. sicut ignoꝛastis diē itroitus vr̄i in mūdū: ita ignoꝛatis ꝫ diē exit⁹ vr̄i de mūdo. ℟. Ora

pro nobis vtē. R. ¶ In natali plurimoꝝ̄ confessoꝝ̄. ad vē. āī. Sancti p fidē. ps. fer. C. hm.

Plures facti sunt sacerdotes scđm legem: idcirco ꝙ moꝛte phiberēt manere: iesus aūt eo ꝙ maneat ieternū sempiternū habet sacerdotium. R. Justi ippetuū viuēt: ⁊ apđ dn̄z ē merces eoꝝ. Et cogitatio eorū. Apđ altissimū. V. Jdeo accipiēt regnū decoꝝ: ⁊ dyadema speciei de manu dn̄i. Et. Gl'ia laus ⁊ honoꝛ decus ptās ⁊ iubilatio pr̄i ac nato ⁊ sp̄ui sancto. Apud. hy⁹. Sctōꝝ merit. Hi sunt q̄s. Te summa deitas. V. Letamini. ā. Fulgebūt iusti et tāq̄ scītille ī arūdineto discurrēt iudicabūt natiōes: ⁊ regnabūt ietnuz. ps. Mgt. Orō.

Beatoꝝ ɔfessoꝝ tuoꝝ. N. et. N. nos dn̄e tuere psidiis: vt q̄ꝝ festiuitatez annua deuotiōe recolim⁹: eoꝝ ītercessiōe ab oībus aduersitatib⁹ eruamur. p. Alia orō.

Deus qui nos sctōꝝ ɔfessoꝝ tuoꝝ. N. ⁊ N. cōfessiōib⁹ gl'iosis circūdas et ptegis. da nobis eoꝝ imitatiōe pficere: et itercessiōe gaudere. p eūđ. Ad mat. Jnui. Mirabilē deū in sctis suis: Venite adoꝛem⁹ collaudātes. ps. Ven̄. Jn fest. lo. iii. lc. Jnuit. Regez ɔfes. ps. Ven̄. hy⁹. Sāctoꝝ meri. Hi sūt q̄s. Te sūma. Jn. i. noct. ā. Secus decursus aq̄ꝝ plantauit vineā iustoꝝ̄: sz in lege dn̄i fuit volūtas eoꝝ̄. ps. Btūs vir. āī. Tāq̄ aurū in foꝛnace pbauit electos dn̄s: ⁊ q̄ŭ olocausta accepit illos ietnū. ps. Quare fre. ā. Filii hoīz scitote ꝗꝛ dn̄s sctōs suos mirificauit. ps. Cum inuoca. V. Letamini. lc. i.

Beati sūt serui illi: q̄s cū venerit dn̄s iuenerit vigilantes. Vigilat: q̄ ad aspectū veri luminis mētꝭ ocl'os aptos tenet. Vigilat: q̄ seruat operando qđ credit. Vigilat: q̄ a se toꝛpoꝛ ⁊ negligētie tenebꝛas repellit. Hinc et paul⁹ dicit. Euigilate iusti: ⁊ nolite peccare. R. Absterget de⁹ oēm lachꝛymā ab ocl'is sctōꝝ: ⁊ iā nō erit āpli⁹ neq̄ luct⁹: neq̄ clamoꝛ: sz nec vllus doloꝛ. Qm̄ pꝛoꝛa trāsierūt. V. Nō esuriēt neq̄ sitiēt āpli⁹: ⁊ nō cadet sup illos sol: neq̄ vll⁹ est⁹. Qm̄. lc. ii.

Hinc rursꝰ ait. Hoꝛa est iā nos de sōno surgere. Sz veniēs dn̄s q̄đ huis vigilātib⁹ exhibebit audiam⁹. Amē dico vobis ꝙ pciget se: ⁊ faciet illos discūbere: ⁊ trāsiēs ministrabit illis. Pꝛeciget se: id est ad retributiōez ppabit. Faciet illos discūbere: id est ī eterna q̄ete refoueri. Discumbere q̄ppe nr̄m est ī eterno regno quiescere. R. Exultabūt sctī in gloꝛia Letabūtur in cubilib⁹ suis. V. Epulentur et exultent in ɔspectu dei. Letabunt in cubi. lc. iii.

Unde rursꝰ dñs dicit. Ueniẽt ꝫ recũbẽt cũ abrahã ysaac et iacob. Trãsiens autez dñs ministrat: qꝫ lucꝭ sue illustratiõe nos satiat. Trãsire ẽo dñi ẽ: cũ de iudicio ad regnũ redit. Uel certe nobis dñs post iudiciũ transit: qꝫ ab hũanitatꝭ forma i diuinitatꝭ sue ꝯtẽplatiõez nos eleuat. ℟. Iusti ipꝑtuuz. vꝰ. ad. i. vꝰ. In. ii. no. a. Letentur oẽs ꝗ spant i te dñe: qm tu bñdixisti iustis: scuto bõe volũtatꝭ coronasti eos. ps. Uerba. a. Dabo sctis meis locũ noiatũ i regno patris mei dicit dñs. ps. Dñe ds ha. a. Sctis ꝗ in terra sũt eiꝰ mirificauit oẽs volũtates meas inter illos. ps. Cõserua. ℣. Exultẽt iusti. l. iiii.

Et trãsire eiꝰ est i claritatẽs sue speculatõez nos ducere: eũ eũ quẽ i hũanitate i iudicio cernimꝰ: etiã in diuitate pꝰ iudiciũ videamꝰ. Ad iudiciũ ꝗppe veniẽs i forma hui oibꝰ appet: qꝫ scriptũ est. videbũt eũ i quez trãsfixerũt. Sꝫ reprobi i suppliciũ corruũt: iusti ad claritatis eiꝰ gliaz ꝯtrahũt: sicut scptũ ẽ. Tollatꝭ ipius: ne videat gliam dei. ℟. Letami iusti: ꝫ exultate i dño. Et gl'ami oẽs recti corde. ℣. Cãtate ei cãticũ nouũ: bene psallite ei in vociferatiõe. Et.

Sed ꝗd si hui l pria vigilia negligẽtes existũt: Prima vigilia ꝑmeue etas custodia est. Sꝫ neqꝫ sic desꝑrandũ: ꝫ a bono ope cessanduz est. Nã lõganimitatꝭ sue patiẽtiaz isinuãs dñs subdit. Et si venerit i scda vigilia: ꝫ si i tertia vigilia venerit ꝫ ita iuenerit: btĩ sunt hui illi. ℟. Sãcti tui dñe mirabile ꝯsecuti sũt iter suiẽtes ꝑcepta tuis: vt iuenirẽt illesi. In aqs validis/terra apparuit arida: ꝫ in mari rubro via sine ipedimẽto. ℣. Uictricẽ manũ tuã laudauerũt pariter: ꝫ decãtauerũt dñe nomẽ sctm tuũ In.

Prima ꝗppe vigilia l. vi. ꝑmeuũ tps ẽ: idest puericia. Scda adolescẽtia vel iuuẽtus. Tertia aũt senectꝰ accipitꝭ Qui ergo vigilare noluerit in ꝑma vigilia: custodiat vel secũdã. Ut ꝗ cõuerti a prauitatibꝰ suis in puericia neglexerit: ad vias vite saltẽ in tpe iuuẽtutꝭ euigilet. Et ꝗ vigilare in scda vigilia noluerit: tertie vigilie remedia nõ amittat. ℟. In circuitu tuo dñe lumẽ est qd nũꝗ deficiet. Ubi cõstituisti lucidissimas mãsiones. Ibi reqescũt scõꝝ aie. ℣. Lux ꝑpetua lucebit sctis tuis dñe: ꝫ etnitas tẽpoꝝ. Ubi. Glia. Ibi. In. iii. noct. ãn. Scti ꝗ spant i dño hẽbũt fortitudinẽ: assument pẽnas vt aqle: volabunt ꝫ non deficient. ps. Dñi est tra. ãn. Iusti aũt ipꝑtuũ viuẽt: et apd dñz ẽ merces eoꝝ. ps. Exultate iusti. a. O ꝗ

glıoſum eſt regnū in q̄ cū xp̄o gaudēt oēs ſcti amicti ſtolis albis: ſequunť agnū q̄cūq; ierit. ps. Quā dilecta. ℣. Iuſtoꝝ aie.

Lc. 12. IN illo tpe. Scd̄m lucā. xii. Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis Sint lūbi vrī p̄cicti: ⁊ lucerne ardētes i manib⁹ vr̄is. Et reł.

Omel. bti gregorii pape. i. vii.

Sancti euāgelii frēs kmi apte eſt lectio recitata: ſed ne aliq̄b⁹ ip̄a ei⁹ planicies alta foꝛtaſſe videať eā ſub bꝛeuitate tranſcurrim⁹: q̄ten⁹ ei⁹ expoſitio ita neſciētib⁹ fiet cognita: vt tn̄ ſciētib⁹ nō ſit oneroſa. Q: viris luxuria in lūbis ſit: feminis i vmbilico: teſtať dn̄s q̄ de dyabolo ad btm̄ iob loq̄ť dicens. Virt⁹ ei⁹ in lūbis ei⁹/ et foꝛtitudo ei⁹ in vmbilico vētris ei⁹. A p̄ncipali igiť ſexu lūboꝝ noie luxuria deſignať: cū dn̄s dicit. Sint lūbi vr̄i p̄cicti. ℟. Sacerdotes ei⁹ induāt iuſticiā. Et ſcti eius exultatiōe exultabūt. ℣. Illuc p̄ꝛoducā coꝛnu dauid: paraui lucernā xp̄o meo. Et. Lec. viii.

Lūbos eīn p̄cingim⁹: cū carnis luxuriā p ꝯtinentiā coartamus. Q: vo min⁹ eſt mala nō agē: niſi etiā q̄ſq; ſtudeat ⁊ bonis opib⁹ iſudare: ꝓtin⁹ addiť. Et lucerne ardētes in manib⁹ vr̄is. Lucernas q̄ppe ardētes i manib⁹ tenem⁹: cū p bona opa p̄ximis nr̄is lucis exēpla monſtram⁹. De q̄b⁹ p̄fecto opibus dn̄s dicit. Luceat lux vr̄a coꝛā hoib⁹: vt videāt opa vr̄a bona: ⁊ gloꝛificēt p̄rē vr̄m q̄ in celis eſt. ℟. Coꝛpoꝛa ſctoꝝ i pace ſepulta ſunt. Et viuēt noia coꝝū ineťnū. ℣. Sapiētiā ſctoꝝ narrabūt oēs ppli: ⁊ laudē coꝝ ꝓnūciat ois eccłia ſctoꝝ. Et. l. ix.

Duo aūt ſunt q̄ iubenť: ⁊ lūbos reſtringē: ⁊ lucernas tenere. Vt ⁊ mūdicia ſit caſtitat in coꝛpe: ⁊ lumē v̄itat in opatiōe. Redēptoꝛi etenī nr̄o: vnū ſine altero placere neq̄q̄ pōt. Caſtitas ergo nō magna eſt ſine bono ope: nec op⁹ bonū eſt aliq̄d ſine caſtitate. S: ſi vtrūq; agiť reſtat vt quiſq̄s ille eſt: ſpe ad ſupnā patriā tēdat. ℟. Sit lūbi vr̄i p̄cincti: ⁊ lucerne ardentes in manib⁹ vr̄is. Et vos ſimiles hoib⁹ expectātibus dn̄m ſuū. Qn̄ reuertať a nuptiis. ℣. Vigilate ergo: q: neſcitis q̄ hora dn̄s veſter vēturus ſit. Et. Glia. Qn̄. ℣. Iuſti aūt. In l. a.

Iuſtoꝝū autē aie in manu dei ſunt: et nō tāget illos toꝛmētū malicie. ps. Dn̄s regnuit. a. Cū palma ad regna ꝑuenerūt ſcti: coꝛonas decoꝛis meruerunt de manu dn̄i. ps. Iubilate. an. Coꝛpoꝛa ſctoꝝ i pace ſepulta ſunt: ⁊ viuēt noia coꝝ icťnū. ps. De⁹ de⁹ me⁹. a. Sacerdotes dei bn̄dicite dn̄o: ſerui dn̄i hymnū dicite deo icťnū. ps. Bn̄d. a. Exultabūt ſcti in glia: letabunť i cu

bilib⁹ suis. ℞. Laud. ch. Plures facti sunt. hy⁹. Rex gloriose martyrum. Cor⁹ hy⁹ dr sicut in cōi plurimor mr. ℣. Mirabilis de⁹ i sctis. ā. Sit lūbi vr̄i p̄cīcti ⁊ lucerne ardētes i manib⁹ vr̄is: ⁊ vos silēs hoib⁹ expctātib⁹ dn̄z suum qn̄ reuertat a nuptiis. ℣. Bn̄d. oro vt s̄. Ad .i. ā. Justoꝝ aūt aie. ps. De⁹ i no. Ad .iii. ā. Cū palma. ps. Legē pone. ch. Plures facti sūt. ℞. ⁊ ℣. de cōi plurior mar. ad ors hor. dicant. Ad .vi. ā. Corpora. ps. Defecit.

Phil. 3 Sancti ⁊ ch. Philippē. iiii. iusti in dn̄o gaudete: vos elegit de⁹ i hēditatē sibi. Ad .ix. ā. Exltabūt scti. ℞. Mirabilia.

Sap. 5 Iusti aūt ipptuū viuēt: ⁊ apd dn̄z est merces eoꝝ: ⁊ cogitatio eoꝝ apud altissimū. Ad .ii. vs. ā. Justoꝝ āt. ps. fer. ch. Plures facti sunt. ℣. Mirabilis de⁹. ā. Sctm est verlumē ⁊ admirabile mistrās lucē his q̄ pmāsert i agone certaminis: recipiēt a xp̄o splendorē sempitnū: i q̄ assidue felices letant. ℣. Mgt. oro vt s̄. ad .i. vs.

¶ In natali vni⁹ vgis ⁊ mar. ad .i. vs. ā. Hec est vgo prudēs q̄ veniente sponso aptauit lāpades suas: ⁊ introiuit cū dn̄o ad nuptias. ps. fer. ch. Eccl. vltio.

Eccle. vltio. Domine de⁹ me⁹ exaltasti sup terrā habitationem meā: ⁊ p morte defluēti depcata sum. ℞. Regnū mundi. hy⁹.

Virgis ples opifexq̄ matris / virgo quē gessit ⁊ e pertq̄ virgo: virginis festū canimus tropheum / accipe votū.

Hec tua virgo duplici beata / sorte dum gessit fragilē domare: corporis sexū domuit cruentum / corpore seclum.

Unde nec mortem nec amica mortis / seua penar genera pauescēs: sanguie fuso meruit secreta / scandere celi.

Huius obtētu deus alme nostris / parce iam culpis vicia remittens: quo tibi puri resonemus almum / pectoris hymnū.

Gloria pr̄i genitoq̄ pli / ⁊ tibi cōpar vtriusq̄ sēp: sp̄us alme de⁹ vn⁹ / oī tpe secli. Amē. ℣. Diffusa ē gr̄a i labiis ei⁹. ℞. Propterea. ā. Silē ē regnū celor sagene misse in mare: ⁊ ex oī gn̄e piscīū ɔgregāti quā cū ipleta eēt educētes ⁊ sec⁹ litt⁹ sedētes elegerūt bonos i vasa sua: malos aūt foras miserūt. ps. Mgt. oro.

Indulgētiā nob̄ dn̄e btā N. vgo ⁊ martyr iplorēt q̄ tibi gr̄a sp extitit: ⁊ merito castitat: et tue pfessione vtut̄. p.

Exaudi nos de⁹ Alia oro. salutaris nr̄: vt sic de btē N. vgis tue ⁊ martyr festitate gaudem⁹: ita pie deuotiōis erudiamur affectu. p. Ad mat. i fe. ix. lc. vīh. Inuit. Xp̄z venerātes deū adorem⁹ regē regū Qui i celis. N. palmā hodie dedit etnā

ps. Ven. In fe.i.ix.le. vel.iii.qn e lui. dup.iuit. Agnu spōsum vgi nu: Venite adorem⁹ dnm iesuz xpz. ps. Ven. In fe.iii. le. qn est lui. simp.iuit. Rege vginu dnz. Venite adorem⁹. ps. Ven. hy⁹. Virgis ples. In.i.noc.a. Ante thoru hui⁹ vgis freqntate nob dulcia cātica dragmat. ps. Dne dns nr. a. Sicut liliu inter spinas: sic amica mea inter filias. ps. Celi enar. a. Fau⁹ distillās labia tua spōsa: et odor vestimētorū tuorū sic odor thuris. ps. Dni e

Q tra. v. Diffusa e gra. Le.i. Uonia hodie natalis est vgis: cōgruu aliqd de vginib⁹ est loquendu. Immaculat⁹ em dns / immaculata sibi famula etiā i hoc pleno colluuionu fragilitat huane corpe posita misericordie zseruauit. Natalis est vginis: integritate seqmur. Natalis est scte. N. Mirant viri: nō desperāt vgines. Non aut ideo laudabilis vginitas: quia et in martyribus reperit: sed qz ipsa martyres facit. R. Diffusa est gra in labiis tuis: Propterea bndixit te de⁹ ineternu. v. Dilexisti iusticiā / et odisti iniqtatem. Propterea. Lec.ii.

Q Uis em huano eā possit ingenio cōprehendere: quā nec natura suis iclusit legib⁹. Nec virgo e celo accersiuit: qd imitaret in terris. Nec immerito viuedi sibi vsum qsiuit e celo: q sponsum sibi inuenit in celo. Qm ego laudatione nō suscepi vginitat: sz expressione. Ad re tn ptinere arbitror: vt q sit ei pria: qs auctor appareat. R. Propter veritate et mansuetudine et iusticiā. Et deducet te mirabiliter dextera tua. v. Audi filia et vide et iclina aure tuā et obliuiscere ppl'z tuu: et domu patris tui. Et. Lectio.iii.

P Rius vbi sit pria diffiniamus. Si em ibi est pria vbi genitale domiciliu: i celo pfecto e pria castitat. Itaqz hic aduena ibi icola e. Quid aut e castitas vginalis: nisi expers ztagiōis integritas? Atqz ei⁹ auctore que possum⁹ estiare: nisi imaculatu dei filiu: cui⁹ caro nō vidit corruptione: diuitas nō est expers ztagiōez. Videte ergo qnta vginitat merita sint. Xps an virgine: xps ex vgine. R. Dilexisti iusticiā et odisti iniqtate: ppterea Vnxit te de⁹ deus tu⁹ oleo leticie. v. Propter vitate et māsuetudine et iusticiā. Vnxit. Gl'ia. Vnxit. In.ii.noc.a. Specie tua et pulchritudie tua: inte de ppsre procede et regna. ps. Eructauit. a. Adiuuabit eā deus vultu suo: deus in medio ei⁹ nō cōmouebit. ps. De⁹ nr refu. a. Vnguentu effusuz nome tuu ideo adolescētule dilexert te nimis. ps. Fūdamēta. v. Specie tua. et pulchritudine tua. Lec.iiii.

Christus virginum sponsus ante virginem fuit: et idem est natus de virgine. A patre quidem natus ante secula: sed ex virgine renatus ob secula. Illud nature sue: hoc nostre utilitatis est: illud erat semper: hoc voluit. Spectate et aliud virginitatis meritum: christus virginis sponsus: et si dici potest: christus virginee castitatis. Virginitas enim christi non virginitatis est christus. R. Hec est virgo sapiens quam dominus vigilantem invenit: que acceptis lampadibus sumpsit secum oleum. Et veniente domino: introivit cum eo ad nuptias. V. Inventa una margarita: dedit omnia sua et comparavit eam. Et. Lectio .v.

Virgo est que nupsit: virgo que nos sub utero portavit. Virgo que genuit: virgo que proprio lacte nutrivit. Sed iam a matre descendamus ad filias. De virginibus inquit sanctus apostolus: preceptum domini non habeo. Si doctor gentium non habuit: habere quis potuit? Et preceptum quidem non habuit: sed habuit exemplum. Non enim potest imperari virginitas: sed optari. Sancta mater ecclesia immaculata est coitu: sed fecunda partu. Virgo est in castitate: mater est in prole. R. de una virgine et mar. R. Veni sponsa christi accipe coronam: quam tibi dominus preparavit: pro cuius amore sanguinem tuum fudisti. Et cum angelis in paradisum introibis. V. Veni electa mea et ponam te in thronum meum: quia concupivit rex speciem tuam. Et. Aliud R. de una virgine non marty. R. Induit me dominus vestimento salutis et indumento leticie circumdedit me. Et tanquam sponsam decoravit me corona. V. Tradidit auribus meis inestimabiles margaritas et circumdedit me vernantibus atque choruscantibus gemmis. Et. Lec. vi.

Parturit nos virgo non viro plena: sed spiritu. Parit nos virgo non cum dolore membrorum: sed cum gaudiis angelorum. Nutrit nos virgo: non corporis lacte: sed apostoli quo infirmam adhuc crescentis populi lactavit etatem. Virginitas dei donum est: munus parentis: sacerdotium castitatis. Virgo matris ecclesie hostia est: cuius quotidiano sacrificio vis divina placatur. Virgo est ecclesia quam studuit apostolus virginem castam assignare christo. Virgo est filia syon: virgo est civitas illa hierusalem que in celo est: in qua nihil intrat commune atque immundum. R. Audi filia et vide et inclina aurem tuam et obliviscere populum tuum et domum patris tui. Et concupiscet rex speciem tuam. Quia ipse est dominus deus tuus. V. Induit te dominus vestimento salutis: et indumento leticie circundabit te. Et concupiscet. Gloria. Quia. In iii. noc. An. Hec est que nescivit thorum in delicto habebit fructum in refectione animarum sanctarum. Ps. Cantate. A. Nigra sum sed formosa filia hie-

rusalē:ideo dilexit me rex ⁊ introduxit me in cubiculū suum ps Dn̄s regnauit. A O q̄ pulchra est casta gn̄atio cū claritate. ps Cātate. ii. Ʋ. Adiuuabit eā de⁹ vultu. Scd̄m matheum

Mat. xiij. In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis pabolā hāc. Siīe est regnū celoꝝ thesauro abscōdito i agro:quē q̄ iuenit hō abscōdit: ⁊ p̄re gaudio illi⁹ vadit:⁊ vēdit vniuersa que habet/⁊ emit agrū illū. Et reliq̄. Dme. bti greg. pap. de ead. le. Regnū celoꝝ f̄res kmi le. vii. idcirco terrenis rebus siīe d̄r: vt ex his q̄ animus nouit surgat ad icognita q̄ nō nouit: q̄tenus exēplo visibiliū/se ad inuisibilia rapiat:⁊ p ea q̄ vsu didicit:q̄si ꝯfricat⁹ incalescat: vt p hoc q̄ sit notum diligere: discat ⁊ icognita amare. R Veni electa mea ⁊ ponā in te thronū meū: Q2 cōcupiuit rex speciē tuā. Ʋ Audi filia ⁊ vide:⁊ iclina aurē tuā. Q2. L. viii

Ecce eni regnū celoꝝū thesauro abscōdito i agro cōparatur:quē q̄ iuenit hō abscondit ⁊ p̄re gaudio illi⁹ vadit ⁊ vēdit vniuersa q̄ habet:⁊ emit agrū illū. Qua i re hoc q̄q3 notādū ē q̄ iuētus thesaur⁹ abscōdit vt seruet:q2 studiū celestis desiderii a malignis spiritib⁹ custodire nō sufficit: q̄ hoc ab hūanis laudibus nō abscōdit. R Pulchra facie:s3 pulchrioꝛ fide beata es virgo respuens mūdum Letaberis cū angelis:iterrede p oibus nobis. Ʋ. Specie tua ⁊ pulchritudine tua. Leta. L. ix.

In p̄senti eni vita/quasi in via sumus:qua ad patriā pgimus. Maligni aūt spiritus iter nr̄m:q̄si q̄dā latrūculi obsidēt. Depredari ergo desiderant:q̄ thesauruʒ publice in via poꝛtant. Hoc aūt dico/nō vt primi opa nr̄a non videāt: vt cū scriptū sit. Videāt opera vr̄a bona: ⁊ glificēt patrē vestrū q̄ in celis est. Sed vt p hoc q̄d agim⁹ laudes exteri⁹ nō q̄ramus. Sic aūt sit opus i publico:q̄tenus intētio maneat i occulto:vt ⁊ de bono ope p̄ximis exēplū p̄beamus:et tn̄ p itētionē qua soli deo placere q̄rim⁹: semper optem⁹ secretū. R Regnū mūdi ⁊ oēm oꝛnatū scli cōtēpsi p̄pter amoꝛē dn̄i mei iesu xp̄i. Quem vidi:quem amaui: Quē credidi: quem dilexi. Ʋ. Eructauit coꝛ meū vbū bonū: dico ego opa mea regi. Quem vidi. Glia. Quē credi. In fest. ix. le. dicat iste Ʋ.an laudes. Ʋ. Oꝛa p nobis btā. N. In fes. vero. iii. lec. dicat Ʋ Specie tua. vel Ʋ Adiuuabit eā. In lau. ā. Hec est vgo sapiēs: quā dn̄s vigilātē iuenit. ps Dn̄s reg. ā. Hec est virgo sapiens ⁊ vna de numero prudētū. ps Iubil. ā.

Hec est vgo scta atqz gl'iosa: qz dñs olim dilexit eã. ps. Deus de⁹

a. Benedico te pr̃ dñi mei iesu xp̃i: qz p filiuz tuũ tentationis ignis extinct⁹ est. ps. Bñd. an. Ueni sponsa xp̃i: accipe corona quã tibi dñs pparauit ieternum. ps. Laud. cp. Dñe de⁹. hy⁹.

Iesu corona virginũ/quẽ mr̃ illa cõcepit: q̃ sola vgo parturit/hec vota clemens accipe.

Qui pascis inter lilia/septus chorzeis vginũ: spõsaz decorãs gloria/sponsisqz reddẽs pmia.

Quocunqz pergis virgines/sequuntur atqz laudibus: post te canentes cursitãt/hymnosqz dulces personant.

Te deprecamur largius/nr̃is adauge sensibus: nescire prorsus oĩa/corruptionis vulnera.

Deo pr̃i sit gl'ia/eiusqz soli filio: cũ spũ paraclyto/ et nunc et imppetuũ. Amẽ. v. Adducent regi vgines post eã. R. Proxime ei⁹ afferent. a. Ueniete spõso prudẽs vgo pparata introiuit cũ eo ad nuptias. ps. Bñd⁹. Pro vts. Ad .i. a. Hec est vgo. sa. ps. Deus in noie. Ad .iii. an. Hec est vgo sa. ps. Legẽ po. chm. Dñe de⁹. R. Diffusa ẽ gr̃a In labiis tuis. v. Propterea bñdixit te deus ineternũ. In. Gl'ia. Diffusa. v⁹ Specie tua. Pro vts. Ad. vi. a. Hec est vgo. ps. Defecit.

Capitulum

Eccle. vitio.

Laudabo nomen tuũ assidue: et collaudabo illud in confessione: et exaudita est oratio mea. R. Specie tua Et pulchritudine tua. v. Intẽde prospere pcede et regna. Et. Gl'ia. Specie. v. Adiuuabit eam. Ad ix. an. Ueni sponsa. ps. Mirabilia.

Capitulum.

Eccle. vltio.

